men eorum infinita sunt, si multi-
tudinem hōc modō pereuntium
intueamur. Unicā ego saltem vice
ad sepeliendum quandam adhibi-
tus sum; (nam, ut malū occultetur,
& omnis sinistra præscindatur o-
pinio, sacerdos veste sacrâ & stolâ
sacerdotali indutus terrę eos man-
dat, ceremoniis consuetis adhibi-
tis;) Verūm conscientiōs & ad pe-
des depono Iesu Christi, vidisse me
sudariū defuncti hujus cruentatū;
& postquam commiseratione ta-
ctus, inquisivissim, quamobrem
corpusculum hoc sanguinem stil-
laret, Hugo Sutor, eorum Nosocomus,
sepulturæ assistens, cum
fratre quodam respondit mihi, fœ-

C 5 minam

minam, quæ eum aluerat, postquam à luxuria sua destitisset, fortiter restitisse quibusdam sceleratis, qui petulanter abuti corpore ejus voluerant; irritatos eos ex resistentia mulieris, scribundos tibias misello huic fregisse, & tandem enecasse, ad ulciscendam hanc faminæ repulsam. Hæc responsio mihi nō satisfecit; nam justis parvulo huic persolutis, Franciscu Tratiū adii, pro tempore Rectorem Collegii, & illi, quid vidissem, exposui, adjiciens, Procuratorem Syndicum in conscientia esse obstrictum, ut in hoc maleficū accurratè inquirat, jureq; in fontes homicidii in misello hōc commissi, & de quo ratio aliquando reddenda esset, experiatur; qui mihi his præter propter verbis, respondit: O

quam

quam multa nobis expedienda es-sent; hic infans in Paradiso nunc est, nec expectat, ut argentum Collegii ad facinus vindicandum insumatur, quod huic miseriæ illum subduxit. Nimis importunè officiosis extiteram, quam ut alterā vice ad tale officium me repolcerent; prohibitum fuit fratri, ne me amplius sibi adscisceret: ad quod officium postea sene quodam Ignatiō Lentilliacō usi sunt, qui ex Apoplexia mortuus est. Unicum crimen sufficit, ad detegenda enormia flagitia, judicesque in viam veritatis deducendos. Unica saltem sanguinis gutta, quæ de improviso in vestibus homicidę conspicitur, maxima sæpè indicia & præsumptiones præbet. Hæc autem quæ dixi omnino ponderanda sunt,

C 6

sunt, & quilibet justò zelò accensus
mēcum judicabit, Magistratui in-
oumbere, ut sollicitè in hujus xeno-
dochij administrationem inquirat.
Ausim spōasionem facere, si Ma-
gistratus curiosè in rem tanti mo-
menti inquireret, ex triginta inno-
centibus, qui in has cādes non tam
ex charitate Christiana, quām cru-
delitate recepti sunt, sub finem an-
nine tres quidem superfuturos esse.
Provoco hīc ad conscientiam Ju-
dicum, & ad sanum eorum judici-
ūm, an extra casum contagii uni-
versalis, tot infantes morte natu-
rali interire possint, & annon hoc
argumento sit, quod crudeliter e-
necentur, & fatum eorum per artes
secretas acceleretur languore cor-
pusculis inductō, qui eadem ab-
sumat. Ex sensu communi pate-
scit,

scit, quod ex decem infantibus, qui
in Republ. nascuntur, semper plu-
res aliquot annos vivant, & ut se-
cundūm commuē casuum hu-
manorū loquamur conditionem,
ex decem ne tres quidē anno mor-
iantur. Porro considerandum est,
parvulos hos expositiōis mortis
in partu evitāsse periculum, nec a-
gonizantes à matribus expositos
esse. Nec memini, inventos quos-
dam mortuos esse: Clamores satis
acuti quorundam, qui dormien-
tes cellulasque suas plateam versūs
inhabitantes, excitant, abundē in-
dicant eos vegetos ac sanos. Invo-
lucra fasciæq; in quibus concinnè
involuti reperiuntur, scriptum ē
collo nomen gestantes, exigua salis
quantitate, si nondum baptizati
sunt, iis adjectā, & quæ sunt cæteræ
C 7 solli-

sollicitudines, quas unā cum infantibus deponunt, quæ parentum amorem in eos satis indicant, adeò, ut quamvis illos derelinquant, nihilominus tamen honestæ cuidam familiæ vel maximè concreditos velint. Quî fitigitur, ut tanto numerò moriantur, nec unicus ferè eorum superstes remaneat, nisi cui sollicita parentum liberalitas Patronum quendam precibus ac signis, in certissimum tenerimæ affectionis pignus, quâ sobolem prosequentur suam, secretè adjectis videlicet conciliaverit. Hi enim lascivis amoribus opinioniq; juxta ac famæ virginum oppressarum consultum cupientes, quantivis dulcissimas clandestinorum amorum primitias redimere satagunt; quô certè Jesuitæ, tantum abest, ut quid

quid de suo impendant, ut potius lucentur eò, quô sibi bonam obligant alumnam. Non quidem decet personam meæ conditionis Magistratum officii sui admonere; conscientiam tamen ad boni publici commodum levare, eumq; ad vindicanda excitare sclera, opinor, licebit. Modus consuetus, quô avari hi uti consueverunt ad tollendos tot innocentes, in eo potissimum consistit, ut pauperrimas eligant fœminas, quæ indigentiâ ac necessitate coactæ, curam illorū suscipiunt, quibus ubera, levissimò pretio in id conductæ, præbent, ut haud mirum sit, si nutrices juxta atque infantes fame pereant: ex quo consequitur, ut brevi temporis spatiō, ex penuria alimenti ac lactis, facies horum misellorum cinerei colo-

coloris appareant, oculi sub frontem recedant, genæ deficiente male existent, ossa cutem perforent, & nutrices tandem eos rigidos ac exsuccos scelerorum instar, apportent. omnis & benigne Redemptor hominum, qui ex intimis cordis penetralibus Apostolis ingeminabas: Sinite parvulos ad me venire; nam illorum est regnum cœlorum Matth 19, v. 14. Num impune futurum est his profani religiosos se afferentibus, sceleratè abutibonis & vitâ tot parvulorum baptizatorum, & fame enecare eos in Christiana urbe, ubi tanta rerum affluentia, in divite xenodochio, quod honesti ac probi fundarunt, ac tantis immunitatibus decurrunt; dum hi homicidæ interimerum bona dilapidant, & ex eorum redditibus saginantur. Alias modus

eos

eos e medio tollendi non minus aptus est, ut mulieribus improbis ac lue venereâ infectis tradant, quò miseri hi loco alimenti ac lactis venenum sugant. Taceo, quod in platea multis clamoribus langentes tardè tollant, iisque de nutrice tardius adhuc prospiciant; ex quo facilè conjiciendum, quod occidere eos magis, quam conservare laborent. Reliquos modos ac dolos secretiores ac magis detestabiles, Judices deprehendent, quando rationem de tot infantibus ab iis exigent. Quin non contenti bona redditusque eorum circumscribere, eosque interimere, modum præterea invenerunt, quomodo ex laborioso hoc officio lucrari possint, & ex hac obligatione commoda querere didicerunt. Nemini forte ignorantum est, procurasse eos, ut causæ

causæ Orphanotrophii hujus Gratianopolim evocarentur, primò, ut jurisdictioni augustissimæ Burdigalensis curiæ se subducerent, quæ ob vicinitatem citius commodius que cognoscere de iis poterat, eum saltem in finem, ut eò melius crumenas emungere possent illorum, quos de infantum expositione suspectos videlicethaberent. Metus enim longi ac tædiosi itineris adeoque sumtuosi, adigit eos, ut quo-cunque pretio id redimant. Ex fratre Jacobo Philollo audivi qui circa talia negotia occupatus esse solet, quod intra annum plus pecuniæ lucratus fuerit postquam scilicet causæ Gratianopolim avocatæ fuissent, quam antea annis viginti. Præterea si quem Scholarem aut mercatorem inveniunt, qui non pos-

possit aut audeat hoc iter suscipere ad causam dicendam, tam inique cum iis procedunt ut uni sæpe tantum dare cogant quantum fortasse sex suffectorum esset. Non opus hic supplicare Judicibus ac Magistribus ut consilium hoc meum trutinent, quod publico dedi, Sanguis tot innocentum satis vocalis ipsam implorat Justitiam ad exemplum Abelis, & iniquissimum est infortunatos hos, quos parentes exponunt, Jesuitæ occidunt, ipsis etiam Magistribus atque Judicibus, qui mortem eorum debite ulciscantur, penitus excidere.

CAPUT V.
Luxuria Eorum in Classibus.

Sol qui mundum illuminat solus hoc privilegii habet, ut radios suos

suos super viarum purgamenta & localutosa spargens, nec lumen nec puritatem inquinet. Hinc difficultissimum est, cogitationes meas lectorisque animum circa spurcitatem, cuius eos redarguā, occupare, ut non periculo quoque contagii exponā imaginationem nostram. Verū Deus puritatis, qui propter salutem publicam nefandas impuritates omnium observari oculis vult, per gratiam suam nos defendet, ne, factorem extractatione harum sordium trahendo, inquinemur. Ignatius regulam saltem ad conservandam castitatem scripsit, sed quia Monachis suis mandavit, ne Magnorum Sanctorum vel Virginis Mariæ, sed ipsorum angelorum puritatē in corporib⁹ suis imitarentur, in desperationem eidem

dem se conformandi jamdudum eos adegit. Qui cùm se angelos monstrare non possint (nimis enim carnales sunt) se potius homines ostendunt & præterea sensualitati pariter ac carni subjectissimos, Vulgus, qui eos videt familiariter conversari cum devotis, & tres quatuorve horas in colloquio orbis junctis, judicat eos in tantum impuritati exemptos, in quantum prima Sphæra corporum cœlestium ab impressionibus terræ immunis est. Verū hæ garrulæ, quæ sub specie devotionis mediatis his familiaritatibus amores lascivos alunt, non ignorant; carnis pruritui illos obnoxios, eidemque ita indulgentes, ut corvis post diluvium cadavera sectantibus haud absimiles esse videantur. Diceres illos

HAL
KOB
H
ILL
T
H
I
N
K
O
B
A

illos devotionibus suis vacantes elevato volare spiritu in sanctuario divinitatis, quemadmodū aquila in medio sole. Verum mihi accredas, maximā partem horum infamium foetidis vulturibus esse simile, qui sublimiori volatu diffusoq; suo ac orbiculari ambitu pro securitate cœli excubare defensioniq; terræ prospicere evidenter, cum interim oculos in inferiora defixos habentes perpetuò terræ intenti ad præcipitandū ubi aliquid prædæ, vel exiguus etiam anguis in fimo apparuerit. Hi hominibus superstitionis persuadere semper conati sunt, sectam suam longè antecellere puritate cæteros ordines. Ego, qui diutissimè cum iis conversatus sum, non subscribo huic errori, præsertim si castitati non me-

lius

lius in coenobiis suis, quam ædibus privatis student. Explodendæ omnino eorū regulæ & instituta deridenda sunt, confitendumque est puritatem ac innocentiam ex Monasteriis prorsus aufugisse ad exemplum illius Satyrici, qui illam plumas nactam è mundo evolasse conquerebatur. Securè affirmare possum, nullum inter peccata Carnis inveniri facile crimen, cuius ego Jesuitas arguere non possim. Et ne longius, quām in tria vel quatuor eorum excurram collegia, saltem in hac, quā inter eos vixi, Provincia, ostendam publico, quod omnes nequitiae ac impuritatis numeros absolverint. Prodeat nunc lascivia, quæ classes ac domicilia literarum infamia reddit. Nemo præter Deum cogitationes penetrat,

tra, renes tentat ac corda inspicit.
Non tango hoc sanctuarium, cum
homini non sit permisum, perscrutari
omnes hujus abyssi sinus. Ve-
rūm ex consuetis relationibus, qui-
bus de temptationibus carnis ac ve-
hementissimis cōcupiscentiis con-
queruntur, luce meridianā clari-
us apparet, ardere illos titionum
instar. Mollities, contrectationes
obscenæ, pollutiones et hujus gene-
ris impuritates, tam familiares sunt
junioribus, ut vestigia maculasque
non sine horrore undique relin-
quāt, adeò ut a morū cupiditatum
que incendia incredibilia videan-
tur. Rectores senioresque eorum
non dubitarunt, infames pati con-
rectationes Discipulorum, ut qui-
dam horum huic ordini se post-
modum applicantium, hos impu-
dicos

dicos accusarint penes Magistrum
Novitiorum. Atramentum meum
rubet, ex quo spurcitem eorum
prodit. Collegium quod Lemovi-
ci est, negare non poterit, quod
quidam præceptorum, nomine
Sangvinerius, die solis formosum
ad se juvenem vocaverit, sub specie
exercitorum illi corrugendorum,
cumque ipso sermones libidinosos
habuerit, quin imò se contrectari
passus sit, tandemque consuetudi-
ne in habitum traductā, ita postea
excœcat⁹ fuerit, ut eum ad se in ca-
chedram accersierit (pour avoir
des pollutions entre ses mains) in-
terea dom cæteri ejus discipuli le-
ctionibus suis intenti essent. De-
prehendi ipse, cum adhuc præfe-
ctus in collegio Agenni essem, ma-
gistrum quartæ classis, cui nomen

D Fran-

Francisco Mingelusio erat, qui tenuerimē osculabatur & arctissimē amplexabatur parvum quendam Nobilem unum ex discipulis suis. Infans se maximē amari credebat; verum si illius parens, ex generosissimis illius Regionis viris hunc infamem rescivisset amorem, non obstante existimatione Jesuitarum aures procul dubio illi detruncasset. Si ceteros nominare deberem, qui in hoc peccatum inciderunt, à Collegio magno Burdegalensi inciperem, transitum deinceps facturus ad coetera & finiturus in illo quod Fortanii est, & monstraturus essem, ne unicū ferè ab hac immundicie esse immunem. Non manibus illi nec oribus lascivis moderari possunt. Hinc joci ac lusus ad ultiorum discipolorum: Hic vel
ille

ille est Amasium nostri præceptoris. Hæ & similes Sodomiz, quas nonnulli præceptorū exercent non solum in Academiis, ubi liberior videlicet eorum electio est, perpetrantur, sed in minoribū quoque Collegiis frequentantur, adeò familiare omnibus hujus Societatis hoc malum est. Duo Scholares parvi oppidi D. Macarii conquesti coram suis parentibus sunt, parentesque coram superiore illius loci, quod Magister eorum nomine Gervasius vim iis intulisset, locum, modum circumstantiasque tam accuratè recensentes, ut facillimē hunc Sodomitam convincere potuerint. Christophorus Penaudius Præfectus, testis hujus rei omni exceptione major est, qui à Rectore Burdegalensi deputatus fuit, ut in

hac secreta & enormia inquireret flagitia. Honesti satis viri, nec infimæ conditionis homines Burdegalæ vivunt, qui norunt Leonardum Alemaium pueris caligas soluisse non alium in finem quam ut nuditatem illorum contemplarentur. Virgis eos cædere, lusus eorum oculis gratissimus existit, quos Deus igne suo absumeret, si non absinebunt à tali peccato, quod naturam ipsam pudore & confusione implet,

CAPUT VI.

Venerea Jesuitarum Actiones in consuetis Visitationibus.

Philippus secundus, maximus illorum protector elegantissimi ingenii Princeps, jocatus in eos aliquando interrogabat, quomodo casti esse possent cōversantes privatim

tim & familiarissimè cum venustioribus fœminis Aulæ: respondebunt, herbâ quādam se instructos esse, quam secum circumferrent, cuius beneficio se omnia pericula cupiditatum ac ipsos insultus carnis superare posse. Quibus cum instaret Rex, & ut sibi hoc secreti revelarent, peteret: respondebunt; Timorem Domini eam appellari. Verum certus sum, quod si tunc temporis eādem instructi fuere, omni nunc semine ejus adeo illos excidisse, ut ne granulum quidem in eorum amplius reperiatur hortis. Examens nunc classes eorum & comitemur eos ad conversationes fœminarum, experiamur, num antequam egreditantur, herbâ hac salutari, ceu amuleto præsentissimo contra pravas concupiscentias

sibi prospiciantur. Initio sciendum, primam curam & occupationem Rectorum postquam ad hoc officium recepti sunt, in eo consistere, ut intenti cellulis cæterorum confessionariorum curiòlè lustrent ac circumspiciantur, quicquid pulcherrimarum fœminarum uspiam sit, his in certum librum confessionalem redactis, si evolveris illum, florrem ipsum exquisitissimarum formarum ibi invenies. Hoc experimentum unius quadrantis cura constabit, cui solummodo quadam die Solis libuerit lustrare confessionale Rectoris. Singularis calliditas ad alliciendas pertrahendasque has oves in ovile suum, & has simplices columbas in suū columbarium, in eo consistit, ut eas crebrò invisiuent, ex quo fit, ut cor-
da-

datiores tantum abest ut proficiant, ut potius magis ac magis inde scandalizentur. Petrus Galesius Rector Collegii Burdegalensis a deo his ineptiis deditus fuit, ut Declamationibus, quæ à Praeceptoribus sub studiorum ac lectiōnum renovationem habebantur, ne semel quidem interesset, maleretque tempushonori collegii destinatum, consuetudini fœminarum impendere. Frontonius Gadautius Rector Collegii Fontaniensis & Petrus Regnierius successor ejus convicti sunt fœminas illustres, quarū nomini in præsenti parco, annos integros & saepe quinquies aut sexies in septimana visitasse. Qui ut occultarent nimiam familiaritatem fratribus, præsertim cum integrum

iiis esset, socium quemcunque vel-
lent sibi adjungere, semper alium
atque alium sibi adsciscerant. Nec
verisimile est eos, nisi Sexus affe-
ctum & inclinationem eorum
promeruisse, tres quatuorve ho-
ras ad animarum culturam insum-
pturos fuisse, cum alias fratres suos
ignorantia vix una aut altera vice
in mense mittere consueverint, ut
de rebus divinis ad eas loquantur.
Indignor sanè, quod conditio per-
sonarum, quibus hoc meo scripto
necessariò infamia irroganda est,
me obliget potius, ut dissimulem
quamplurima crimina, ex quorum
recensione, mariti de rectâ ratione,
uxores autem de ipsa periclitatur
essent vita, quearū pudicitiam soli
hi impudici corruerunt. Pater
Dancerovius ex eorum ordine ne-
gare

gare non poterit, si jūridice inter-
rogabitur, se mihi dixisse, Jesuitam
quendam, cuius nomen tunc sup-
primebat, honesta fœmina in an-
gulo lecti abusum, illâ ægritudi-
nem simulante, & hoc solidis con-
solationibus ac piis sermonibus in-
firmæ adesse præ se ferente. Pater
Antonius Raulius ex eadem soci-
etate aperuit mihi, quod per com-
missuram velamentorum, quæ le-
ctum cingunt, in domo quadam
Pictavii vidisset Patrem Bonnetiū
& pœnitentem quandam fœmi-
nam eadem voluptate perfrui. I-
dem narravit superioribus, quod
rediens ex horto, quem orādi gra-
tia intraverat, non imi subsellii cō-
cionatorem deprehendisset came-
rà cuidam inclusum cum conjugé
alterius in tanta confusione, ut fœ-

D 5 mina

mina fores ei aperiens facie accensa ardere videretur. Sub initium Collegii Fontaniensis cum Jesuitæ soli incederent, quidam nomine Galopinus ex societate illorum, qui ex Hollandia venerat, ad quandam in alienis ædibus virginem invisens, eam solam adortus, de concubitu compellavit tam infeliciter, ut in flagranti crimine deprehenderetur. Franciscus Robinus, qui solus ferè inter eos sapiebat, multum laborabat, ut hanc ignominiam supprimeret, verum facinus iam subito evulgabatur, ut nullo alio modo, quam subitaneā ab ordine remotione huic scando consuleretur. Gilbertus Russoviū cum Neracum missus esset, tanta familiaritate cum Lotrice sua usus est, ut illam gravidam ex se cer-

cerneret. Ad occultandam tam insignem turpitudinem, in civitate Reformatorum commissam, quæ hoc captabat ad prædicatorem Jesuitam dissimilandum, confusum statim rumorem sparsere, ministros fabricasse hunc dolum ac crimen excogitasse, ut existimationem flagellarent adversariorum. Nihilo minus tamen rei veritas ita innotuit hactenus, ut hærens ante hos sex annos apud Dominum Mombetum, quem huj^o rei testem adduco, in Parœcia Cerigniaca in Diœcesi Condoniensi præsentibus plurimis honestis viris, ipsisq; Jesuitis, qui tunc mecum una ablegati erant, Nobilis quidam tam evidenteribus probaverit argumentis, ut confusis nobis nil aliud responsi supppereret, quam facile excogitari ca-

D 6. lumni-

luminam contra probum & honestum virum posse. Patres Dominicani Mombetus & Petrus Desseinierius ex illorum societate mei tunc temporis collegæ, reminiscetur adhuc, quâ fiducia, quibusque argumentis hic Nobilis probaverit, quod puella hæc ab hoc Jesuita decepta esset, qui utut hac infamia laboret, nihilominus tamen eorum provincialis esse promeruit. Quid nunc de Johanne Delvoso dicam, celeberrimo illo confessionario, cui similem Collegium Burdegalense intra viginti annos non habuit, qui acidulas, quo missus erat, relinquens, infamem insecutus est fœminam, id quod Johannes Richardus & Franciscus Ducreusius negare haud poterunt. Nam postquam in confessione au-

ricū-

riculari percepissent (judices hinc, num arcana eorum fidei concrenda sint) illum sæpius hac misericordi fuisse abusum, accusarunt eum apud Provincialem & probarunt intentatum crimen non tam ex amore justitiae, quam ex furibundo quodam zelo, quo ambo stimulabantur, eò quod illi in officio melius succedere deprehenderent. Nihil hic dicam de scandalosis actionibus, quæ Jacobum Bosfium in visitationibus impudicis Bearnensibus infamem reddiderunt, quarum ille veniam supplex ab Arnoldo Boerio petiit Provinciali suo. Non tango hic turpitudines fratris coadjutoris, qui imprægnata cujusdam villici ancillâ communī consultorum voto à Collegio Aginnensi remotus fuit sub ha-

D 7 bita

bitu servi ad conservandum Col-
legii honorem contra puellam, quę
infantem illi alendum apportabat.
Silentii peplo involvo effrenatam
illam licentiam quamplurium Je-
suitarum, qua in conversationibus
uti consueverunt, ut genas lascivis
tractent manibus, manillas pal-
pent, manusque in sacculos fæmi-
narum inferant quæ, quemadmo-
dum haud levia sunt peccata, veni-
alia tamen si cum actionibus illis,
quæ restant, comparrētur. Historia
Parris Olivæ Concionatoris per-
fectam heroicorum facinorum fi-
ctam narrationem relatura esset,
nisi ea Ordini & que ac Sol in cœlo
cognita esset. Cubicularia quæ-
dam, cum qua səpissimè lascivos
miscuerat sermones in ædibus Pro-
fessoris Burdegalensis, imò clan-
cula-

colarios səpe congressus cum ea
habuerat, ad eum invisit in portu
Macarii, ubi Christi adventum
prædicabat. Amor, qui se ægre ad-
modum occulit, persuasit ei ut ne-
ptem eam diceret, & ut illâ eō
commodius & sine suspicione frui
posset, finxit eam avenisse ut ma-
xima familiæ secreta cum eo com-
municaret, eumque in patriam post
finita sacra expeditaque debita
spartæ suæ munia adduceret in id,
ut quassdam hæreditatum, ultima-
rumque voluntatum difficultates
componeret. Frater Laicus Johan-
nes Testius fraudem non olfecit,
sed informationis gratia hoc fieri
interpretatus, quod puella hæc in
eodem hospitio prope cubiculum
ejus cubaret, judiciumque suum
cæcæ cuidam obedientiæ submit-
tens,

tens, familiaritatem hanc ceu patrui atque neptis minime suspe^ctam habuit. Parvas illas ineptasq; commissiones, quibus frater hic onerabatur, ut eò liberius cum hac delectâ nepte conversari posset, enumerare nimis longum foret. Itinera, quæ eidem suscipienda erant, spatiū ipsi præbebant sollicitudines suas in sinum hujus expōnendi meretriculæ. Hinc admonere eam sollicitè, ut maturè cūbitū iret, & suas curas patris instar in dilectissimam dispensare filiam, saltem ut eò commodius & extra periculum in cubiculum ejus perreptare posset. Ad quas tandem nequitias miser ille aperuit oculos, cum superiores post redditum eum interrogarent, ubi reliquisset meretricem. Quid judicas amice Lector

Ctor

Ctor de his rebus, quæ tibi antea erant incognitæ. Si existimasti Jesuitas homines castos pudicosq;, nunc corrige errorem, & crede eos ingeniosis dolis technisque subtilibus plures fæminas, quam cæteros omnes corrumpere. Cognovi è Clerico quodam quarti voti, fœminam quandam cūm accessisse, quæ illi dixerat, à p̄dicatorib⁹ se ad concubitum esse sollicitaram, sed se nullos præter Jesuitas amare posse, cūm longè urbaniores cœteris existerent. Novi uxorem Legati cuiusdam fiduciariam operam obtinentis in civitate quadam maritima, cuius nomini in p̄sentiarium parco, quæ rem habuit cūm Jesuita magno philosopho. Quædam Procuratoris Regii uxor eiusdem civitatis sæpe confessionarium

rium suum Jesuitam in prædium ad se invitare solet, qui dissimilatus est per totam regionem Lemovicensem propter luxuriam suam. Si mihi liceret designare & quæ illustres foeminas nomine & cognomine, quemadmodum hos immundos appellare haud dubito, jam ipsos tremere **Nobiles**, freme-re **præsides**, rubore suffundi **Consi-liarios**, pallescere **Advocatos**, The-saurarios iuxta ac **Gubernatores** Civitatum cerneret. Verum cau-tius hic nonnihil procedendum est & Persarum instar in Ceremoniis suis digito compescenda labella sunt, admirandaque indicibilia hæc mysteria.

Caput

CAPUT VII.

Spurca & detestanda in Tem-plis ac locis sacris a Jesuitis commissa.

Sapiens dictum Magni Augustini est, Cum Deus propter im-mensitatem suam ubique sit, ea propter felix illa necessitas nobis incumbit, ut secundum Justitiam re-gulas & rectas rationis normam vi-tam nostram instituamus, quia o-peramur in conspectu Dei justi Ju-dicis, qui omnia nostra opera vi-det. Nullus locus, sive sacer sive prophanus is fuerit, permittit no-bis, ut nostrum corpus polluamus, verum immundities, quæ leve pec-catum fuerit, in quibusdam patra-ta locis in enorme degenerat fla-gitium & monstrosum sacrilegium, præsertim quando in templo com-mitti-

mittitur. Omnis ille, qui in templo
crimen contrahit, meritò sacer ac
criminalis evadit. Verùm Ro-
manēses magis culpabiles existūt,
quando sanctuarium suum profa-
nant. Nam quemadmodum re-
ligio eorum obligat eos, ut cre-
dant, Jesum Christum realiter
corpore & anima sub specie panis
seu hostiæ, quæ super altaribus eo-
rum asservatur, præsentem esse,
quando in his sacris locis supra
committunt, convincuntur non
solum peccasse in templo, ubi De-
adoratur, verùm etiam in facie &
oculis Iesu Christi, qui in carne &
ossibus in eorum habitat taberna-
culis. Monstravi tibi, AmiceLe-
ctor, Jesuitas esse impudicos &
spurcos. Jam ostendam in sequen-
tibus historiis, sacrilegos eos præ-
tereā

terea esse. Movere autem hos fœ-
tores vix sine pudore possum, ni-
hilominus tamen, quicquid erube-
scam, ad id obstrictus sum, ut orbis
eò facilius eorum piacula depre-
hendat: Non igitur errabis, si tem-
pla ea esse loca credes, in quibus
libidinibus suis ut plurimum indul-
gere solent, cum alibi nunquam fe-
rè sine sociis degant. Quapropter
alibi mille sycophantiae ac impos-
turae excogitandæ iis sunt, ne
quasvis suspiciones quam longissi-
mè à se amoliantur, oculosque ho-
rum Coryciorum fallant. In tem-
plis autem soli cum Amasis suis
versantur, Evidem Fundator se-
cta pie credidit, Altarium sacram
opinionem satis venerabilem illis
futuram; sed quotidiè videmus,
quod ex domo orationum pre-
cum-

cumque speluncam latronum faciant; nam ibidem lascivi undique personant sermones, impurissimz conspiciuntur contrectationes, reciprocique amoris characteres abunde se produnt. Quod si tempora novis consecrationibus exp*anda esse* nt, uti Canones Romanensium desiderant, pr*incipu*e quando quadam immundicie f*œ*data reperiuntur: Jesuitarum sancta templa quovis octiduo de novo consecranda essent. Ex quinquaginta exemplis, qu*z* in medium proferre possem, trium saltem mentionem faciam, ad e*ò* citius declinandam hanc viscosam ac luctulentam materiam. Celebris ille Prædicatorum Maniam cuius similem cathedra sancti Didii picta vii intra annos viginti non habuit,

unus

tin*g* ex illis est, qui sacella eorū profanavit. Postquam execrabilis hic sibi proposuisset recreare animum cum illius loci procuratore, post finitam concessionem tam blandis sermonibus innocentem devotamque illius turbis dementavit fœminam ei persuadendo ut ad se inviseret in prioratum, qua adveniente, suique copiam in templo illi faciente, deprehensi sunt mirabili insolitoque modo & quidem in flagrant*i* delicto à patre Morino, qui dissimulare hoc non poterit, modo non calumniator à trecentis Jesuitis, qui audiverunt depositiōnem, quam fecit provinciali Jacquinoto, qua Maniam hujus Spurcitiei convicit, haberi noluerit. Nec longe nobis ad simile & a quo destabilere flagitium eundum est, ne viden-

videantur templa Pictaviensia sola latronum esse cavernæ receptaculaque sacrilegorum, descendamus modo in civitatem Fontaniensem, intremusque templa horum honorum patrum. Honest⁹ quidam vir, Mercator Pictaviensis cum summo mane horā quartā xstivo quodam die sacellū Jesuitarum orandi gratia ingressus esset, distincte sub introitum audivit strepitum quendam viri & mulieris in conflictu venereo hærentiū in sugestu ligneo, præcisè super eum locum, ubi Deo preces fundebat. Hoc novo is attonitus, & screando tumultumque excitando curiosus quosvis lustrans angulos, vidi tandem quendam, qui lentè surgens, timidiusculè circūspiciebatur fortè auditus à quopiam fuisse

set, vidit hominem barbā satis promissā & jam canescentem, eoque momento se in Collegium contulisset, ut hujus rei indicium deferret ad Superiorē, verū negotia Rupellas eum avocabant. Ne tamen præposterè in manifestatione hujus criminis procederet, revelare id suo confessionario, & ipsius hac in parte sequi consilium decrevit. Confessionarius videns, facinus esse evidens & manifestum, obtestatus eum est, ut Superiori Collegii id revelaret, id quod factum; Et Frontonius Gadotius p. t. Rector quamvis quibusdam in locis hoc meo scripto se peti judicabit, modò Deo gloriam dare voluerit, non negabit, hoc sibi esse patesfactum. Cujus rei fidem si impugnare fuerit con-

natus, en ego eum convincere pa-
ratus sum testimonio Dancerovi
illorumq; quibus hæc res concre-
dita fuit. Confessionarius Ru-
pellensis, qui consilium dedit,
Mercator, qui aperuit facinus, qui
illud oculis usurpavit, audivitque,
in hanc rem sufficientes mihi erunt
testes. Janitorem suspiciati sunt,
verūm ne quidam consultantium
in criminis autorem inquirentium,
imò ipse fortè Rector reus illius
existeret, suppresserunt quantum
potuerunt, huic Maximæ subni-
xii; SI NON CASTE, TAMEN CAU-
TE. In hoc ipso Collegio Joha-
nes Surinus in sacrario cum fœmi-
na inventus fuit juxta altare, ubi
preces fundere solent Deo gloriæ,
modò ex principiis fidei, quam
prof;

profitentur, judicandi sint. Quale
hoc inauditum facinus, polluere
se ad pedes Jesu Christi! Honestæ
quædam fœminæ conquestæ sunt
coram prudenti hujus ordinis vi-
ro, quod Petrus Regnierius inter-
rogationibus lascivis in ipsa con-
fessione ad malum eas provocas-
set, querendo ex iis, si Elles avo-
ient usé de telles & telles facons
pour prendre du plaisir, les avoir
instruites à pratiquer de hon-
teuses vilenies. Hic Jesuita ma-
gis malitiosus, quam astutus, & qui
propter imbecillitatem judicii non
nisi instruendis fœminis adhibe-
tur, ut iisdem in conversatione de
nullo aliquam de affectibus
matricis loquatur, maximè
tunc temporis occupatus fuit, quo
Rectoris manus obiit, ut dissolu-

tas ac luxuriosas fœminas ad se pertraheret, sub specie eas convertendi, adeò ut etiam probis ac honestis mulieribus ad eas sibi adducendas usus fuerit. Tempus, quo eum iis in templo conversari solebat, erat, cum Missa celebrata esset, omnesque, quæ eidem interfuerant, secessisset cæteriq; Jesuicæ pranderet, quod maximis suspicionib⁹ præbuit ansam, illumq; spectum reddidit, quasi laborem hunc susciperet, non ut easdem converteret, sed ut iis cum jacturâ conscientiæ pariter ac pudicitiæ commode frui posset, absq; arbitris ac libertate quævis patrandi constitutus. Patres Dancerovius, Le Grand, Verierius & ego, quib⁹ tunc temporis in illa civitate concionandum erat, murmurabamus,

& quidam Provincialem hujus admonuit, ut in tempore remedium huic malo pararet. Negent, si au-deant, quod aliam ob causam frater Miroardus à sacrario Burdegalensi remotus fuerit, quam quod Rectori Collegii opitulatus fuerit in congressibus illis, quos cum fœmina quadam in facello sanctæ Magdalenaæ celebravit. Johannes Rhedius Jesuita, qui eos deprehendit, jurare non detrectabit, ut ipse sibi de spurio, quem Burdegalæ habet, conscius sit. Brevis ter, si Herculeos susciperem labores ad purganda hæc cœnosa, finemque his infamibus actionibus imponendum, spatio vix decennali finiturus essem, nec purgatarius templo Guiennæ, quæ polluerunt. Muri templi Santoniensis

ex illorum impuritatibus rubent,
 & si laterculi atque cancelli horum
 facellorum loqui possent, accusa-
 tores illos ferales producerem, ut
 condemnarent Surinos Dufre-
 nios coram Tribunali divino,
 quod toties fœdati ac inquinati
 ab iis fuerint. Templū Lemovici-
 num ex confabulationibus lasci-
 vis, & illud, quod Agenni est, pol-
 lutionibus adimpletum sacrilegi-
 isq; fœdatum est, nec reperitur ul-
 lum facile, quod non in porticu
 recessibusque fœdè conspurcatum
 contaminatumque sit. Multæ fœ-
 minæ atque puellæ diversis in lo-
 cis cohoruerunt, quando vide-
 runt, Jesuitas audacter ac sine o-
 mni metu altaria accedere, stolis
 suis sacerdotalibus indutos, post-
 quam paulò antē cum illis secrète

de

de amoribus lascivis sermones ha-
 buissent. O Deus puritatum, quan-
 do iterum ingredieris templa cum
 mastige atque flagellis ad ejicien-
 dos columbarum venditores juxta
 ac emtores. An semper impune
 licebit incestuosis his lupanaria
 in sanctuario tuo exercere & sol-
 licitate sub velo devotionis pudi-
 citiam in his locis, quæ illi asy la
 debebant esse præsentissima?

CAPUT VIII.

*De impudicis Actionibus
 eorum in privatib[us] adibus per-
 petratris.*

Nullum crimen ita occultum
 est, quin tandem manifestum
 fiat, secundūm Salvatoris nostri
 effatum. Ordo Jesuitarum hacte-
 nus similis fuit spatio campo, al-
 tissimis cooperto nivibus, quæ æ-

E 4 quali-

qualiter marmora & quævis paſſim ſtercora obtegere ſolent. Ve-
rū postquam ſol veritatis radi-
os ſuos ſpargit, eademque illumi-
nat, refolvit eas, ſepultasque ſor-
des prodit ac detegit. Vel millies
ij, qui fervidiori zelo ac ſtudio
pro existimatione Ordinis excu-
babant, pŕefente me dixerunt, fi-
quis eorum, qui Societati valedi-
cunt, propalaverit vitam histori-
amque Petioti, in omnes procul
dubio redundaturam infamiam
eſſe, quā quidem iniquè & ſine ſuo
facto pŕegravandi videlicet eſ-
ſent. Ego in ſoliuſ Dei gloriam
publicamque ſalutem hoc crimen
revelaturuſ ſum. Stephanus Petio-
tuſ ſatis celebris in provincia hac,
ob pulcherrima ſua merita pro
modestiſſimo ordinis viro, uti ego
quidem

quidem memini, ſemper fuit ha-
bitus. Panegyricus, quem in Re-
pellas captas composuit, cum
Rheticam profiteretur, Burdi-
galæ maximam illi existimatio-
nem conciliavit; negotia, occupa-
tiones & provincia, quæ ei à
Provinciali demandata fuit, cùm
eum primariis pŕeficeret cathe-
dris, celeberrimum eum reddi-
derunt. Ex quo liquet, me non
hīc loqui de criminis parvi alicu-
juſ fratrī, aut cuiusqūam Theo-
logiā leviter tinēti, qui hactenus
nec ſeffionem nec existimatio-
nem inter ſuos obtinuerit, ſed de
Jesuita magni nominis & de Pro-
feſſore quarti voti; de viro haud
perfuctorii in humanioribꝫ ver-
ſato literis, & inſigni concio na-
tore. Crimina conſpectiora ſunt
quando in primoribꝫ Ordinis vi-

*H*abentur. Habitabat hic in ædibus Professoris, & in templo sancti Projecti prædicabat, & ne otiosus videretur illo, quod Adventum & quinquagesimale intercedit, tempore, interdum confessionibus auricularibus vacabat ad exemplum aliorum, recreationis & prædænanciscendæ causa potius, quam ut peccatores converteret, animarumque vero eos saturaret pabulo. Voluptuarius ex quocunque afficitur, cancelli ipsi & clathraignes ejus nō remorantur. Hic, qui in suggestu pro sancto fallebat, in Confessionali Asmodeus existens, cœco igne carpi cœpit erga quandam subfuscam puellam, quæ pedibus ejus advoluta peccatorum veniam humillime exposcebat. Hujus ille venustate ita

accen-

accensus fuit, ut pluribus peccatis onustam, quam advenerat, dimiserit. Prima hujus impudici cura erat, ut animam illius frivolis ac lascivis occuparet sermonibus: unde obtestari eam, ut ad se veniret tum temporis, cum cæteri Jesuitæ pranderent, ut eō liberias & extra omne discrimen cum eā conversari posset. Puella, quæ paupercula, adeoque ministrando victimum querere coacta erat, videns tenerrimè se amari ab illo, cuius laudes atque encomia undique personabant, ad supremum felicitatis humanæ gradum aspirasse credens, tanto reciprocí amoris cœstro percita est, ut spem ejus frustrati, fidemque datam fallere sacrilegium putaverit. Ingeniosum hoc furtum variasque ejusdem

E 6 dem

dem artes ac modos, quibus in his
furtivis congressibus utebantur,
facillimè ex vehementia amoris,
quo tantum non ambo flagrabant,
conjicere potestis. Sufficiet vobis
dixisse, nullam corporis partem
intactam, nullumque voluptatis
genus inexpertum fuisse ultimo
tandem amoris complemento se
exsatiantibus. Unica solam sol-
licitudo eos irquietabat; attente
enim iis singulis ferè momentis
circumspiciendum erat, ne quis
peregrinus arbiter iis importunè
superveniret, illorumque lascivos
turbaret circulos. Et ne diutius
chartam inquinemus, puella nar-
ravit tribus vel quatuor Jesuitis,
quod Petiotus ipsam amplexus
osculatusque esset, omnesque a-
moris numeros absolvisset, imò
faisant

faisant couler la semence dans sa
main, proh nefas, illi dixisset: Re-
spice meum corculum quelle ma-
tiere est celle dont nous sommes
composez Autor ille, qui scriperat
Desirandum, nunquam similem
attigerat historiam. Quando di-
xerat, Janitorem Monasteriorum
venerabilem esse senem, cui Ti-
mor Domini nomen esset, si scri-
beret hodie, ad minimum domi-
cilia Jesuitarum excepturus esset,
sub quorum introitu cum nomen
Iesu spinis coronatum superscri-
ptum reperiatur, tanto inconve-
nientius videlicet iis, quo minus
puritatem virginis Mariæ imitan-
tur. Intremus, amice Lector, non
nihil cellas illorum, ac videamus,
quæ in iis delinquent, cum in por-
tieibus ac xylois talia committere

E 744 KOB
non

non erubescant, Concionator hic,
quo majorem studiis incumbendi
commoditatem nancisceretur, se-
parato ab aliis utebatur hospitio,
clauso ac pessilis bene munito,
quod Provincialis Jacquinotius
ipsi elegerat, ornaveratque, judi-
cans, facillimo negotio se hoc pa-
cto puellam introducturum, eā-
demque sine periculo fructuorum
esse; hinc eidem persuasit, ut sum-
tā virili veste sexum mentiretur.

Quæ statim Dominam suam de-
mercede compellans, eidem va-
ledixit, pileum sibi emens, habi-
tumque virilem, quo rustici uti
solent, in vineam versus Palatum
Galienum se contulit, abscisso ad
justam mensuram capillo, rebus
suis muliebribus consarcinatis con-
vasatisque Adoloscentulum se si-

mula-

mulavit, & fasciculum lignorum
illi apportavit. Hic, qui erat in ex-
cubiis, jam templum transeuntem
animadvertis, ex compacto ad
eam descendit, & adjungens eam
sibi ceu rustici cuiusdam filium
absque omni susp cione eam in
cubiculum suum deduxit. Quis
nunc eloqueretur utriusque de
tam felici successu & de tam au-
daci arduoq; facinore gaudium?
Passio eorum tanto hactenus suf-
flaminata obstaculo, impetuosisssi-
mi fluminis instar rupto quasi ag-
gere inundabat, suoque se esse
rebat alveo : prolixis affectibus,
reciprocique amoris contestatio-
nibus, labores exantlatasque sol-
licitudines exæquantibus. Amor
hic tamen maximè dissimilis fuit
flaviis viscera altissima hiatusque
ter-

terrarium sine strepitu permeantibus. Fœminæ nihil reticere, imò nec ipsas suas turpitudines celare possunt. Hæc puella peccata sua Nathanieli Sichardo confessura, minutissima quævis, quæ in dicto conclavi accidissent, recensuit, & ne stupiditati atque malitia quidquam deesset, eidem permittebat ad libitum hoc tractare secretum. Hi Hypocritæ scrupulosi ad eum modum superstitionis sunt, ut dubitent revelare machinationes, quæ in perniciem excidiumq; Regum tendunt, facile adducuntur, ut fratrum scelera, sacro confessionis sigillo fracto eliminent, quò eos perdant, in primis si in dignitate constitutos & sibi superiores obliquis oculis intuentur. Pitardus qui non alieno ab amoribus erat

ani-

animo, tunc temporis cum in insula, quæ a rupe nomen habet, vesperi subinde se cum saltatrice puella oblectans, suppressisset omnino fascinus, quod hic imprudens Confessionarius ei revelaverat, verùm puella, quæ non amplius videbat suum hominem, qui missus erat ad comitandum Episcopum Santoniensem, satis apertè loquébatur, & adhuc semel confessa erat Petro Thomæ, quod octiduum integrum in ædibus Professoris cum hoc homine commorata esset, & quod significare vellet Domino Episcopo Bazensi, nisi argentum, ab hoc, qui eam ad hanc nequitiam perduxisset, sibi promissum, solvereatur. Alter hic non magis secretò tenuit hoc in confessione auriculari sibi revelatum, nam Franciscum

Sciūm Labrossium & me vocavit,
consiliumque a nobis expetiit,
quid sc. in hoc periculosisimo
negotio sibi agendum esset, quod
existimationi Ordinis nescio quod
nigrum thera p̄figere posse exi-
stimaret. Consilium nostrum fuit,
puellæ persuadendum esse, ut ex-
tra confessionem hoc secreti in
familiari colloquio adhuc semel
recenseret, modò hujus declara-
tione mali non majus crimen con-
trahere vellemus. Puella morem
gessit & aperuit facinus tanta cum
perspicuitate, ut nullum dubium
mihi amplius remanserit. Ea ex-
actè recensebat, per quænam am-
bulacra eò processisset, quot gra-
dibus eosque ascendendum fu-
isset, figuram conclavis, in quo le-
ctus erat, cujus materiæ coloris-

que

que ornatus, quæ mobilia ac u-
tensilia, quæ picturæ ac cæteræ
parvæ curiositates, ut ne ipsorum
quidem linteorum longitudinem
oblivisceretur; porrò quòd Patres
invisere ad Amatorem suum soliti
essent, ubi se tunc temporis occul-
tassem, quibus artibus ac persuasi-
onibus eos aliorum abduxisset.
Hæc omnia ego exactissimè novi
& cùm salvâ conscientia eam Su-
perioribus revelare potuisse,
religioso eam involvi silentio, eo-
rum exemplo parùm commotus,
qui duplex hoc Secretum naturæ
ac confessionis, ut devoti & fide-
les videantur, instituto satis inju-
rioso ac publicæ fidelitati præju-
diciali, aperire non dubitant. Quod
tunc temporis ob certam rationem
Jesuita adhuc existens tacebam,

id

id nunc dico propter gloriam Dei
& ad eorum confusionem. Puella
hæc ancilla erat in platea carnensi
Burdigalæ ex oppido Regula or-
riunda, soror pauperculæ cuius-
dam cœco cuidam desponsata.
Judicetis hinc, nam domus hæc
Sancti Francisci Xanierii, quam
hypocritæ hi per antonomasiam
sanctam appellant, non potius no-
men infamis mereatur lupanaris,
vos facile pollicem premetis, mo-
dò in mentem vobis revocare ve-
litis illud, quod dixi Russovio su-
periori illius loci, & Patri Olivæ,
qui inde dependebat, cum tam
pulchrè præcesset rebus in porticu
sancti Macarii, & de Petro Go-
calesio, qui celebris confessiona-
rius existebat. Faxit Deus, ut Ma-
gistratus Burdegalensis aperiat o-
culos.

in ædibus privatis.

117

culos, ut videant illas pestes, quas
munificenziâ sua in præsentissi-
mum rotius Reipubl. malum fo-
vent actuentur. Nisi intrâ limites
Guennæ permanere instituisse,
narrarem adhuc historiam Recto-
ris Languedocensis, qui quandam
luminibus orbatam puellam, quæ
stipem ostiatim rogabat, suscipi-
ens & in conclavi suo tribus men-
sibus occultans, postquam com-
plexibus se illius satiasset, xeno-
dochio eam intulit cum promis-
sis satis prolixis, se ad eam sæpius
invisurum, ac dignis donis eam
remuneraturum esse. Quæ, dece-
ptam se postea videns, evulgavit
facinus, & ut illud probaret, fratri
cuidam illius Societatis quodam
die dixerat: Veniebas tu tali die
ad illum, eique hac de re loque-
baris,

baris, delitescebam tunc in angulo narremus impuritates atque spur hypocastri. Verum extra propo- citiem, quibus in itineribus dedi- sitos miti limites haud evagan- tus fuit, operæ pretium erit arbitri- dum est.

CAPUT IX.

*De Delictis Carnalibus in
itineribus locisque campestribus
per perpetratis.*

MAxima sæpe incendia ex levi oriuntur scintilla, quæ in flam- mam prorumpens totam sæpe civitatem una nocte in cineres redigit. Amor carnalis qualitates ignis elementaris habet, crescit e- nim subinde atque augetur, quo majus ipsi alimentum suppedites. Pravæ illius concupiscentiæ scin- tilla in corde Petioti ita adoleverat, ut prodigiosum in illo excita- verit incendium, stricturasq; suas latissimè sparserit. Antequam e- narre-

narremus impuritates atque spur- citiem, quibus in itineribus dedi- tus fuit, operæ pretium erit arbitri- trari non nihil justius duas illas artes, quibus Jesuitæ hactenus usi sunt ad lascivos suos amores eò melius disimulandos pariter at- que explendos. Quarum haud mi- nima esse solet, ut in prædia sub- urbana locaque compestriæ in- vitari curent ab intimis suis ex- ploratissimæ que fidei amasiis, ut sine arbitris, adeoque securius iis frui queant. Altera & æquè apta fraus, qua prudentioribus im- ponere solent, in circumvagati- onibus ac peregrinationibus eo- rum consistit, in quibus commo- dissimè aut in tabernâ aut in villâ aut fossa indomitam effrenatâq; libidinem explore possunt. Ex- empla

empla innumerabilia ferè super-
sunt, adeò ut ex quatuor, qui ita
peregre exspatiantur, ad minimum
duos criminum reos salacitatum-
que revertentes videas. Liberta-
tes exspatiationum, deambulatio-
num commoditates, xysti, peri-
dromides, graticiae eorum ope-
ritates, lustrorum spissa subsidia,
& omnia illa loca, quæ incolere
consueverunt, delicatissimorum
serculorum generosique vini ille-
cebris adminiculantibus, facile
invitant eos ad reciprocandos a-
mores, cupiditatesque cum summa
voluptate explendas. Absit ta-
men, ut omnes culpabiles, qui eos
ad se invitant, dixerim, eò quod
occasionem iis delinquendi præ-
bere velint. Scio enim, & hone-
stos adhuc reperiri, qui non aliam
ob

ob causam conviviis eos excipiunt,
quām ut illos sibi devinciant, ho-
nestamque hoc pacto recreati-
onem iis subministrent; dubita-
rim tamen illos, quando à foem-
inis invitantur, semper illam a-
nimorum puritatem, quam præ-
se ferūnt, afferre. Gualesius, Pen-
tus Biroat Henricus Duchenius,
Alemayus, Delvotius Dufrene-
suis Regnierius & alii, quorum
nominibus parco, ancillas adorti-
sunt, tentavere Dominas, puel-
lis cubiculariis insidiati sunt, imò
rosariis suis, ipsoque, quem porta-
re consueverunt, Agno Dei abu-
si, saltem ut teneras illas & infir-
mas deciperent. Novi quosdam,
qui in id laborarunt, ut in subur-
bana loca invitarentur, ubi Mo-
niales valetudinis ergò commo-

F raban-

rabantur, quas sub prætextu de-
 votonis commerciique spiri-
 tualis lascivè contrectando, tan-
 dem deflorarunt. Nominarem
 eos, nisi honori parentum parcen-
 dum esset. Cui si adjicerem, quam-
 plurimos in his domibus sex sæpe
 septimanis imò totis mensibus sub-
 sistere, non ægrè fortasse vobis
 persuaderem, eos tanto temporis
 spatio facile amores illarum sol-
 licitare, affectusque earum pro-
 mereri posse, delicatulis iis civi-
 libus ac urbanis existentibus. Cùm
 peregrinationibus ad luxuriam
 eò melius dissimulandam abu-
 tantur, certè maxima pars Procu-
 ratorum, qui propter varia ne-
 gotia equis vehuntur, ubique
 scorta sua in hospitiis habent, pe-
 cuniâ Collegii inter manus eo-
 rum

rum decrecente, qua luxuriam
 suam publico peculatûs crimine
 alunt. Rectores, qui ex honesta-
 te comitem semper adsciscere
 necesse haberent, si pedites ince-
 derent, equo hanc ipsam ob ra-
 tionem vehuntur, utut non nisi
 decem à loco, quò cundum est,
 absint passibus, ut eò liberius ad
 amicas invisere queant, Ordo,
 quem Provinciales præscripse-
 runt in visitationibus suis, quo
 cuvis socium comitemque ad-
 jungunt, sive invitati fuerint, sive
 peregrinentur, satis testatur de
 infirmitatibus temporum præ-
 teritorum, & necessitatibus præ-
 sentium. Pastores quidam de
 Bardenaco non neminem nu-
 per ex Coadjutoribus in fossâ
 cum impudica fœmina invenie-
 rent,

ptus, laqueos ejusdem tendens pudicitiae, devotionem simulans, quasi non prius regionem egresurus esset, quam Virginem nostram Verdelensem salutasset, ad hanc puellam accedens veniam peccatorum eidem impertiturum se, missamque ei dicturum, si se sequi in itinere vellet, per officia olei ipsi obtulit. Nunquam innocentius pueræ se peregrinari existimant, quam si cum Monacho, qui earum devotioni assistat, eundum est, hinc oblatum servitium ambabus manibus amplexa est. O si misera internos hujus scelerati motus scivisset, certè non tam facile illi credidisset. Subordinaverathic Lenam quandam, ut se eidem adjungaret, dixisses Lupum cum ove venisse

F 3 nisse

runt, fratremque Costodium in ipso concubitu cum Lanionis cuiusdam uxore in vinea deprehenderunt. Petiotus, quem nos reliquimus, finem imponet huic argumento, ut ex triginta, quos digitis recensere possem, unus nobis exempli loco sit. Manachus amore astuans, cœnobio egressus, equo simillimus est, qui excusis habenis liber lascivire & calcitrare incipit. Hic noster iussus ire Pavium, ut prædicaret, iter suum famosum reddidit per nefandas ac libidinosas actiones, quas in via commisit. Malum obscenius est, quando sub specie devotionis fallit, & fornicatio duplex, si sub larva pietatis imponit. Hic infamis coeco amore in Santoniensem puellam correptus

nisse, quod quidem tantā arte ac circumspectione tractarunt, ut nihil innocentis subolere de proposito eorum posset. Hinc postquam duo milliaria in Garumna emensi essent, ad littus appulere. Pudet me ferè aperire malitiam Ordinis, in quo eheu nimis diu vixi, verūm in divini nominis gloriam hæ turpitudines detegendæ sunt. Hæc vafra Lena, quæ in navi pluribus lascivis sermonibus callidè hujus tentare pudicitiam, eamque iuflammare conata erat, effectui tandem dare intentionem suam paulo pòst in conciliavi quodam hospitiī sustinuit. Nam cum mille astutiis ac blandimentis teneritatem animi eiusdem sollicitare tentasset, solos reliquit sub specie cœnam curandi

di. Semen hoc Canaan non vero Judæ adoriebatur Susannam, quæ masculè pudorem castitatemque defensabat. Nam misera hæc, quæ quamplurima oscula ex metu passa erat, milleque toleraverat blanditias, Deum tandem metuens infamiamq; , frustrata est omni spe hunc admissarium, ut Lenâ eum suâ contentum esse coegerit, cum qua rem Veneream in præsentia hujus innocentis exercuit, intermiscens sermones lascivos, ut Pudicitiam ipsam rubore suffundere potuisse ambo credendi sint. Cum insanus ardor deferuisset sibiique restitutus esset, juramento obstrinxit pueræ fidem, ne cui scilicet ea, quæ vidisset, revelaret; quod quidem duabus septimanis præstitit, ve-

F 4 rùm

rūm conscientiæ agitata stimulis
quod vel tantillam lasciviam per-
tulisset, superiori omne, quod vi-
derat, aperuit. Ecce primum iti-
neris diem. Abyssus generat a-
byssum. Qui vehementi huic pas-
sioni semel cervices submiserunt,
perpetuis implicantur peccatis.
Persequamur modò devotum
hunc in suo itinere. Hic postquam
apud Dominam Mombasianam,
quæ præcipuæ nobilitatis scemi-
nain totâ illâ provincia Bearnen-
si est, advenerat cum Johanne
Francisco Marino, cubiculariæ
eiusdem ita ei oculos perstrinxer-
unt, ut omnes tentandæ earum
pudicitiæ aucupatus occasiones
fuerit. Qui peccare molitur, o-
mnes occasions occupat, nec te-
merè quidquam negligit, quod
inten-

intentioni suæ ûtcunque satisfa-
cere posse confidit. Primus hujus
nostri insultus erat, cum ex mis-
sa rediens manum puellæ cuidam
scalas ascendentì altissimè sub
vestimenta mitteret, dicens illi :
pulchra nimis crura levas. Alter
uti scandalosior, ita majori circum-
spectione adhibitâ suppressus.
Nam cum ex alia quadam per-
cepisset, quod brevi Dominæ suæ
valedictura esset; Veni, inquit il-
le, & affer chartam & atramentum,
procurabo tibi conditionem a-
liam apud Præsidis cuiusdam
uxorem, luculentiorem multò,
atque hæc fuit Bürdegaliæ. Inno-
cens puella, nimis huic fallaci pro-
missioni credens, chartam affere-
bat, & cum eo in conclave remo-
tius secedens, in quo hic nequam

literas ei commendatias exarabam
ut haud perfuntoriè lataretur,
& hāc commoda occasione u-
tens illi dicebat: Annon ex hoc
tenerrimum meum amorem de-
prehendis? quo pacto tantum a-
micūm vicissim dignè demereri
debes, qui epistolam non solum
atramentō, sed proprio sanguine
in tuum commodum scriptam
haud denegaturus sit? Interim o-
sculari illi frontem, oculos, eam
que tam arctè amplexari impu-
dicis accensus flammis, ut puella,
suæ jam metuens pudicitia, quan-
tum poterat, è manib[us] illius se
extricare serpentis i[n]star, qui pre-
mitur, laboraret, regerens: Non
redimo hanc commendationem
periculo animæ meæ. Indecen-
tes hi & inordinati conatus pri-
mo

mò inter ancillas percrebescen-
tes, tandem ad ipsius Dominæ
aures pervenerunt, quæ Franci-
scus Morino hujus socio indigna-
ta, maximè in eum invehere non
dubitavit, dicens: Quem, malūm!
scortatorem tecum inædes ad-
duxisti meas, qui jam duas de
cubiculariis meis de stupro com-
pellavit. Quod si fortè quis hoc
pro calunnia venditare voluerit,
Domina de Mombas ipsiusque
domestici satis testabuntur, eos
minimè posse inficiari effrena-
tam suam libidinem. Illi, qui no-
vissimè in illorum collegiis ad-
veniunt, tribus diebus pro pere-
grinis habentur. Séquens Histo-
ria coronabit famosum hoc iter.
Illę impuritates atq[ue] libidines com-
muni omnium calculo pro maxi-
mè

me execrabilibus reputantur, quæ
polluunt infantes, & videtur cœ-
lum ipsum in id armatum esse ful-
minibus, ut impuros hos contun-
dat; & terra abyssis, ut eos absor-
beat. Sardanapalus noster postri-
diè postquam advenerat, exspa-
tiabatur in lucum, qui sylva Lu-
dovici vocatur, & ut delectatio-
nem suam omnibus modis cul-
pabilem redderet, allexit filiolam
villici, quæ novem annorum erat
per parvos agnos Dei sub specie
precum fundendarum, eamque
in densissimam sylvam abduxit.
Cor palpitat & manus tremit ad
hoc immane piaculum. Improbis-
simus hic subigere hanc parvu-
lam conabatur, cum pater, ad cu-
jus aures ploratus filiolæ allapsi-
erant, opportunè adveniens, e-

am

am ex unguibus hujus lúpi eri-
piebat. Confusio hujus infamis,
& habitus mirè cōpositus filiolæ,
quam resupinaverat, ita com-
moverat hunc afflictum patrem,
ut eo statim momento ad Colle-
gium se contulerit, eumque ac-
cusarit. Quid respondebunt nunc
hi Eunuchi cœli, qui puritatem
Angelorum præ se ferunt? num
negare audebunt? Veritas oculi
ijs eruitura esset. Ast confiteri
hoc nimis durum fortè? Stellæ
ipsæ, quamvis purissimæ, de cœlo
decidunt aliquando, dicent. Ve-
rum est; sed nunquam cœlesti
suae sphæræ iterum inferuntur.
Hæc postquam lumen suum fœ-
dissimis impuritatibus inquinan-
do perdidera, super alio nihilo-
minus illuxit horizonte. Annon

F 7 per-

perpetuum huic impositum esse
debebat silentium, & omnibus
suggestibus prohiberi par erat.
Nihilominus sciendum est, eum
in eodem uti antea, & fortè majo-
ri dignitatis culmine esse consti-
tutum, nec quidquam ex priori
immutasse sorte, præter provin-
ciam, usque dum tempus memo-
riam hujus mali aboleverit. Spi-
ritus S. castiget renes eorum, &
extinguat ardorem concupiscen-
tiarum ne diutius orbi imponant
sub specie castitatis ac munditiae.

CAPUT X.

*Impudicae Jesuitarum Acti-
ones in Cœnobiis Monialium.*

Qui in Ecclesia pontifícia ho-
nestè de monialibus sentiunt,
non dubitant, illas in monasteriis
suis arbori vitæ in paradiſo com-
para-

parare, quæ etiam intacta esse
debebat. Verūm Amice Lector,
non absolvam discursum salaci-
tatum Jesuitarum, priusquam
tibi monstravero, quomodo astu-
ti hi serpentes tectè in has pro-
serpent arbores, fructusque decer-
pant, ut nullus Cherubim vel gla-
dio ignem jaculante eosdem ab
introitu arcere possit. Ignatius,
Politico quām Clerico similior,
non voluit subjecere Monachos
suos necessitati huic, ut unicos so-
lummodo fœminarum ordini
præsenterent, sed ut generaliter o-
mnibus eoque liberius imponere
possent. Ex quo generalis querela
Prælatorum & Regularium nasci-
tur, quod hi garruli deceptores se-
ducunt puellas moniales, per
Maximas, repugnantes sincerita-
tē devotionis. Non ignoro, quos-
dam

dam hujus societatis libertinos,
hoc dogma sevisse in exedris mu-
tui congressus atque collegii ut
docuerint Deum per præceptum
Decalogo insertum; NON MOB-
CHABBRIS, tantum obligare vo-
luisse homines, ut callidi ac suba-
eti in amoribus suis essent, nec a-
lios scandalizarent, qui quippe
mutuam inclinationem natura-
cordibus humanis implantasset,
adeoque omnes actiones lasci-
vas inter marem & fœminam mo-
dò curiosè, & uti par esset, oc-
cultarentur, pro peccatis à Neo-
minimè reputari; illas verò, quæ
in notitiam hominum venirent,
hoc solo nomine censeri, inpri-
mis cum hæc lex generaliter pro-
mulgata sit, omnesque obstrin-
gat; Monachos autem cum Mo-
niali-

nialibüs privatim conversari pos-
se, modo illorum consuetudo per-
petuo involveretur silentio, cùm
illorum conditio cæterorum de-
terior esse non possit. Ex quo
apparet, quales fructūs ex tam
perversa doctrina expectandi sint.
Hinc non miror, huj⁹ persuasos to-
tas s̄epe sex horas cum iisdem
prope clathra conversari, & jura-
verim, ne unicum quidem verbum,
quod ad earum conversionem
facere possit, ibi audiri, pleraque
autem esse spurca atque lasciva.
Petrus Cluniacus ex Ordine eo-
rum explicabat cuidam moni-
alium S. Antonii Angolesmensis
tractatum, qui continet causas,
quæ matrimonia irrita redundunt,
ubi non intermittebat de homini-
bus frigidis & impotentibus pro-
lixè

lxii dissenserere. Pater Johannes postmodum de capacitate sua Adamus disertissimus eorum Con-glorientur, quam extollunt, eas cionator, Ursulæ cuidam Ma-masias, corcula appellare non nasterii S. Macarii tractatum ge-erentes. Contrectationes impu-nerationis explicabat & tam clarè dicæ, manibus per clathra altissi-de partibus generationi inservien-nè insertis, satis communes ac tibus loquebatur, ut Dns. Lauren-ti cognitæ sunt, nec infrequens est tius in Anatomia sua magis perspi-cis impuris, prona nuditate se in-cuus esse nō posset. Jacobus Boisius vicem inspicere. Jesuitæ in Col-docebat puellam quandam ph-legio, quod Pavii est, cum virgi-niognomiam, & quemadmodum nibus monialibus ita conversati ex partibus ac lineis faciei cognosunt, ut gravidæ ex ijsdem factæ scere secretas corporis humani sunt; unde quamplurimæ alior-partes posset. Reignierius non summittendæ fuerunt, quarum alios sermones in duobus illis con-maxima pars Burdegalam seces-ventibus habebat, quam de affe-sit. Episcopus Lemovicensis ali-ctibus matricis & de suppressio-quot epistolas amatorias inter-nibus mensium. Vix credibile cepit, quas Juniores Philosophi est, quo usque hæc eorum licentia ad monasteria exaraverant, Re-progrediatur, qua animum ha-storique misit. Ex duobus Jesu-rum puellarum lente occupant, itis, qui veniā imperiatā cœno-bium

bium Perigordense intraverat eorum cœtu nascitur, & crudelè unus assistebat cuidam agbellum, quo alter alterum è Collinanti, & alter cum formosa molegio expellit, est vinculum jūniali in conclave se conjectā ac fundamentum hypocriseos rat, quā cum nimis quam famillorum. Ämulatio tam altas egit liariter conversabatur. Historiæ radices in eorum cordibus, ut nobis de formidabili acie Trojana crimina sāpe execranda commijanorum ac numerosissimo exeniscantur, tantū ut corrvales su-
citu Græcorum ob raptum uosejiant. Testorego, Senotium
nius cujusdam Helenæ prolixæ & Laborierum ita commotos loquitur, & Poëtæ obsidionem suisse contra Philosophum illum pariter ac expeditionem decem Rupellensem, ut illum ceu mannorum, mediante nescio quæ leficum criminatioib[us] horren- fatali equo, qui exercitum in diis oneraturi fuissent, nisi fortis continebat, figurant. Verùm bellum Jesuiticum propter moniales verius fortasse & à quæ celebre futurum esset, si Virgilium aliquæ nanciseretur, qui carmine festivo illud comprehendenderet. Scaturigo molestiarum, quæ in eorum

runt, præcipuorum illius Ordin
yrorum, tam hostili animo in
ter se concertantium, ut singulari
Dei providentiâ nefanda eorum
detecta fuerint piacula. Et Jaco
bus Biroatius convictus fuit, quod,
cum campanam pro more pulsar
e debuisset, tabulatum lapillo
percusserit, quo signo amasium
suum ad se vocare consueverat
cum quo prope humilem mu
rum horti, quem transilire facil
limo negotio poterat, secretè ni
misque familiariter conversaba
tur, id quod Patrem Debatum
haud later. Prætereo hic studiis
persecutiones, quas moliti sunt
contra Henricum Duchenium
multis in locis. Super sedeo tricis Pa
tris Mariæ, suprimo zelotypiam
defuncti Patris Ressei; neque ar
te

Petri Andreæ Bajolæ hic at
tingo, reservandæ hæ materiæ
sunt explicationi eorum Institu
torum. Non enim lubens ex
promo Cramben bis coctam.
Promitto tibi novas historias; i
gnosce modò mæ libertati, quod
dissimulare ea, quæ aperienda vi
delicet erant, non potui. Lascivia
eorum genuino & naturali colore
depingenda fuit. Quod nisi pu
dori aliquid dandum fuisset ma
gis infames fortè actiones tibi e
parasse, sed tentare innocen
tiam illorum, qui hæc scripta e
volvent, religio mihi fuit.

CAPUT XI.
De Adulteratione Moneta
a Jesuitis frequentata.
A Varitia non minori incommo
do afficit Rempubl. quam
Lasci

Lascivia. Hæc corrumpt fœminas; illa Regibus alapas infligit. Perhibentur Jesuitæ avari, & hoc etiam vitio laborant. Pluribus autem artibus ad opes perverniendi sunt instructi, quod si nullâ alia ratione probare possem, forte illud exemplum sufficeret, quo Burdegalæ aliquot annis modum excogitarunt divitias undique conquirendi, quod quidem nulli fortasse incolarum incognitum erit. Hi postquam Româ reliquias quasdam sancti Francisci Xaverii accepissent, statim ab his ossibus insignem argenti copiam sibi polliciti sunt & Burdegalenses maximè liberales fuerunt & plus contribuerunt, quam opus fuerit ad scrinium immensæ magnitudinis, ex argento solido fabre-

fabrefactum, quo includi scilicet hæ reliquiæ deberent. Verum Ruslovius hujus astutiæ auctor, qui superior tunc erat, fecellit eorum devotionem, & loco argenteæ thecam ligneam fieri curavit, cui laminam saltem tenuem superinduxit. De quo populus publicè conquestus est, & ingentem propterea tumultum excitavit, ad quem suppressendum, hūjusque imposturæ infamiam amoliendam Generalis Romæ pœnitentiam iis imposuit. Vel mille exemplis edocti nec egenos nec simplices eos esse novimus. Verum ex centum, qui eos avaritiæ postulant, non octo inveneris, qui adulterationis monetae eos insimulent. Debeo publico hujus publicationem secreti,

G

ut

ut liqueat, hos ipsos, qui adultere-
ratores monetæ ad supplicium
ultimum comitantur, crucifixum
Christum gestantes, miserisque
in ultima mortis hora assistentes,
domi reliquise fratres eodem
nomine infames. Anno 1641. in
Collegio Angolesmensi Conci-
onator etat nomine Cluniacus,
& præceptor quidam classis se-
cundæ Marsanus vocatus, qui
cellam invenientes proposito suo
maximè accommodam, circa no-
Etis surgebant meridiem, cùm
collegæ sui altissimo somno op-
pressi jacebant, & per fenestram
cœnaculi se secretè proripientes,
in aream domûs descendebant &
postea quintæ classi se insinuan-
tes, ex aliâ rursum fenestra hor-
tum versus descendebant per por-
tulam

tulam ruinosa, in hæc loca sub-
terranea, ibique falsam monetam
secretè cudebant. Quis Angole-
smensium credidisset, fore, ut dum
Franciscani & Capucini ad ante-
lucanas preces circa noctis me-
ridiem in templum se conferunt,
duo Jesuitæ interea in medio ur-
bis in tali negotio occuparentur,
quod publicam utilitatem pes-
fundat & operarios igni adjudi-
cat. Hoc crimen non novum aut
insuetum iis est, nihilominus tan. ē,
quamvis haud pauci inter eos sint,
qui ob multa & varia scelera la-
queo pœnas dederint, nondum
tamen Martyres ex monetæ a-
dulteratione quosdam evasisse
constat, quos si Justitia debito
plectet suppicio, jam illorum,
qui Martyrum libro inferri hoc

G 2 nomi-

cobus Becherellus, unus ex ordine
illorum expertus sit, Cluniacum
totum diem in Abbatia, cui à coro-
na nomen impositum, commo-
ratum esse, ut signaturas diver-
sorum numismatum in arena du-
ceret, & unus & alter deprehensus
fuit cum pluribus nummis recen-
ter cisis, similibus eorum, qui ex
officina modo monetariâ veni-
unt. Ex quo apparet, me hîc non
conjecturas simplices, quæ ad
torturam videlicet vix sufficien-
tes sint, afferre; sed probationes
certissimas & luce meridia-
na clariores, ad ipsos in supre-
ma dignitate constitutos Viros
convincendos. Scholaris, cuius
opera ad preparandas materias,
simplicitatis ejus satis securi, ute-
bantur, vocabatur Villanovanus,

G 3 natus

nomine poterunt, haud exiguis
erit numerus. Non dubito equi-
dem, multos fore, qui scire appe-
tant, quomodo hoc facinus tra-
starint, occasionemque, quâ illud
ia noticiam pervenerit hominum.
Quidam Praeceptorum, postquam
inellexissent duos hos suprà di-
uos Jesuitas adulterioris cùjusdam
discipuli operâ & ministerio uti,
qui domi certa materialia præpa-
rabat eadem coquendo, usque
dum ad dimidium decrevissent,
suspiciati primitus sunt Alchymiz
eos navare operam, & postquam
in manibus Marsani parvam auri
massam conspexissent, particulas
que quasdam rotundas nec adhuc
signatas, convicti tandem sunt,
formam regiam iis impressisse.
Huic accenseri poterit, quod Ja-
cobus

natus Rupisfuloosii, ad secundam jam promotus classem Anno 1641. Primus, qui facinus detexerat & Provinciali detulerat, Michael Brunetus vocabatur, quintæ classi præpositus in Collegio Angolesmensi, jam Consiliarius Regis in sede Provinciali Rupellæ, qui alias vocatur Dominus de Ronsay, qui postquam crimen ab his, qui nihil, quam virtutes ipsamque moralitatem ac innocentiam crepat, commissum indignatus esset, revelandum in conscientia omnino judicaverat. Hic ingenuus atque honestus, veritati vix testimonium dengabit, si juridicè interrogabitur, Dominus Wilhelmus, qui tertia classi præterat, monstravit mihi & quamplurimis aliis carbones

&

& linteæ, quæ hi adulteratores monetæ in secundâ classe sub tabulato occultabant. Stephanus Noverius pro tempore Rector & Bertrandus effoderunt instrumenta, malleos, folles & alia utensilia, quæ sub terra condiderant, ut unâ sepelirent crimen, quod Deus resuscitare voluit ad confusionem Ordinis, qui illos correctionibus subjicit, qui post celebratas litanias & perfecta sacra saltem invicem colloquuntur, interim nihilominus in sinu fover monetæ adulteratores. Breviter: Omnes de his sceleratis jure conqueruntur, & crimina, quorum rei sunt, non parva existunt, nihilomin⁹ tamē in Gallia non solūm tolerantur, sed & in pretio habentur, & præcipue in his urbibus,

G 4

quas

quas tamen hostilibus attentatis & variis imposturis maximè pre-
munt. Ex quo facile liquet, quod
ad huc aliud Tribunal, aliud mun-
dus, alia vita reperiatur, ubi cri-
mina impunita haud erunt, & vir-
tutibus sua constabunt præmia:
alioqui virtus & bene merita in
compedibus, & vitia in throno
conspicua futura essent. Deus
Ter Opt. Max. qui corda Re-
gum in manu habet, oculos ap-
riert Augustissimo nostro Mon-
archæ, si adulterior non nihil erit,
& stimulum subdet ad purgan-
dum Regnum Liliorum de tot
impuritatibus, nisi forte incom-
parabilis Regina Mater hunc i-
psum laborem anticipaverit.

Caput

CAPUT XII.

Vindictæ Cupiditas & In- gratitudo Jesuitarum.

Celebris ille, qui describens In-
gratos & Vindictæ Cupidos
de illis dixit: Beneficia in illorum
animis ipsis plumis leviora esse, offen-
sas autem plumbi naturam induere,
duobus quasi verbis mores & na-
turam Jesuitarum expressit, vindic-
tam adeò crudelem in societate
sua alunt, ut propter levem of-
fensam accensi ipsam devoratu-
ri carnem, medullam osium ex-
sucturi, sanguinemque ipsum ho-
stium suorum crudelissimè ha-
sturi sint, si in potestate sua illum
haberent. Furor iracundiae illos
ita sæpe extra se rapit, ut, (nisi pu-
dor eos reprimeret) in ipsa cœ-
meteria festinaturi sint, ad effo-
G s dien-

dienda ossa illorum, qui ipsis in vita graves fuerunt, & miserè in corpora putrida ac jam rancida debacchaturi. Considerate, num cineres Servinorum & Pasquierum intactos reliquerint, & an non libros famosos contra jam defunctos conscripserint, postquam viventium calamum reformidas sent. Evolvatur modò Disquisitiones Disquisitionū Garassi, ex quib⁹ apparebit, quod vesania eos eō usq; propellat, ut ad mortuum exarare literas non dubitent, his superadditis verbis: Sit ille, ubi cunque voluerit. Ex Calumniis eorum, quibus ad hunc magnum Virum diffamandum utuntur, facile apparet, quo usq; exesus furoris progrediatur, dum omnia, quæ ad hunc doctissimum virum

virum spectant, diris imprecationibus devovent, & venenum suum promiscuè in liberos ac amicos effundere satagunt. Quando illos ad pedes Episcoporum genua flectentes, nudo capite inclinatos, ad manus illis osculandas conspicias, confessim dices, cæteros devotione ac religiosa veneratione Ecclesiasticos eò magis anteire, quod majori cultu ac submissione profundiori, genu flectere, humiliorique corporis habitu se abjicere didicerunt. Verum penitus non nihil eos si inspexeris, facile deprehendes repugnantiam affectuum, quam non accuratè satis dissimulare possunt, quin curiosior spectator fucum deprehendat. Tunc enim secreta odia illorum persecutio-

G 6 nesq;

nesque, quas mira arte ac impostore supercilioso accuratè dispensant, ingeniosos porrò dolos, fraudes subtile, quò illos Regibus infestos reddant, facile animadvertis, non alium in finem, quam ut contemptibiles eos reddant. Nonne hi persuadere Regularibus conati sunt, ut uno impetu Clerum impeterent, ad auctoritatem Pontificis stabiliendam, ac illustriorem in eorum præjudicium reddendam? Annon Pater Sabatherius procurator concilii erat, quod Burdigalæ celebrabatur contra Archi-Episcopum? Quamdiu unus ex Episcopis eligit eos, ut prædicent in Ecclesia cathedrali, eorumque Rectorem aut Professorem in congregationem admittit, pingui quo-

quodam beneficio aut obventione illis prospicit, tamdiu Episcopus hic meritis & doctrinâ insignis cluet, ejusque laudes in conversatione satis amplias canent: Verum ex quo iisdem literatum quempiam cucullatum aut alium ordinis Virum prætulerit, statim Præsul hic noster ignarus ac desipiens audit. Si forte non consentire voluit unioni alicujus Prioratus, hic homo, utcunque celebris alias ac præcipuus fuerit, non amplius estimatus iis, ut antea, erit, ac in consuetis conversationibus pro phantasmate Ecclesiæ reputabitur. Non nominabo hic Antistites, quorum mores ac vitam convitiis proscindunt. Vitia, utut fictitia & ementita, illis nocere possunt, quorum aliqui vita

G 7 omni-

omnibus exempli loco esse debet. Si curiosè inquisiturus essem, jam duos Cardinales, quinque Archi-Episcopos, & ipsos viginti numeraturus essem Episcopos, quorum existimatio nullam habet enus patitur Eclipsin. Hoc solum dixisse sufficiet. Ordini Ecclesiastico in Gallia incumbere, ut reparationem honoris petat, sibique satisfieri curet propter indigna, quibus hi Hierarchia inimici Illustrissimum affecerunt. Primatem Aquitanæ Dominum Burdegalæ, & Ludolphum Mardonem Episcopum Bazensem; Hic licet implevisset partes docti ac zelosi Præsulis, vitam suam molestæ missionis laboribus occupare non dubitasset, inter sua regionis pastores ad suæ Diæcœlos

seos ingens commodum, nihilo minus eum circa articulos fidei cespitantem ac dubium, & crudelissimum Pontificis venditare hostem, non erubuerint, nullam aliam ob rationem, quam quod ei demandatum fuerat, ut imprimi curaret Aurelium, qui contra eos scripserat. Dominus Rupellanus, paulò antè Episcopus Santoniensis, illis exosus est, quia nimis Episcopus & bonus Gallus est. Dominus Bethuniensis Archi-Episcopus Burdegalensis non ita in pretio apud hos Proteos est, uti sibi persuadet, non ignorans tamen illorum, qui male de se loquuntur. Nihil dicam de Domino Pictaviæ, cuius vita ac mores uti innocentes sunt, ita ejus eruditio omnibus satis cognita. Prætereo Episcopum

pum de Sancto Paulo, qui iis suspectus est ideo, quod nimis eruditus est, quo uti consueverunt ad maledicendum illis, à quibus impetuntur, nec aliam ob causam illi student, quam quod eos per eundem oppressuros esse sibi persuadeant. Academæ, quantumvis celebres, ab illorum persecutionibus ac Impetu non sunt immunes. Sufficit Doctorem quem esse, ejusque gestare insigne, ut quis eorum injuriis opportunus existat, qui in maximum literarum præjudicium Imperium literarum affestant. Quis, quælo, in universa Francia existit, quem latet, quam indignis Rectorem Magnif. Pictorii tractarint modis, cum Gilbertus Russoius munus illius gereret, qui sibilis ac sarcasmis suorum

disci-

discipulorum insigni pravitatis ac scandali exemplo exceptus est. O Opprobrium infame, quod his Musis summo semper propudio futurum est! Quibus conjunge jurgia Sorbonæ, libellos famosos, verba aculeata atq; calumnias, quibus proseqvuntur excellentissimos libros Domini Arnoldi. Irritati, non Gubernatoribus parcunt, non supremis Provinciarum Rectoribus. Nec ignoro illos ob repulsam à Domino Comite Oignoniensi Gubernatore Rupellarum debitè acceptam, eum in aula supposititiis criminibus petiisse. Ingrati hi digni sunt, qui nō tantum omnibus illis preventur bonis, quæ liberales in eos erogarunt, sed ut ipsis brutis, quæ agnoscere adhuc beneficia possunt, inferiores, abjectiores resque

resque habeantur. Dominus Vilamontanus iis templum splendidum exstrui curavit, opes iisdem ad ædificia & habitationes sumtuosissimas largitus est, & redditus præterea illorum bis milliū librarum accessione auxit, ingentia dona in Collegium Petaviense contulit, eosdem contra universitatem defendit, auctoritate ac protectio-
ne suā fovit, calumniis tamen, qua-
rūm Deum testem invoco, carere non potuit. Cū Provinciæ, quæ hodiè sub ejus inspectione sunt, eu-
à Rege postularent, ut eum prioribus officiis præficerent, vidi Jesuitas haud occultè murmurantes &
cum Magni huj⁹ viri inimicis haud obscurè facientes, tantaque verbo-
rum insolentia utentes, ut mihi temporare haud potuerim, quin ad Pe-

Petrūm Regnierium, Rectorem Fontaniensem me conferrem, il-
lique significarem, nisi eorum pe-
tulantiae ac calumniandi libidini se opponeret, cui duo Patres in
Collegio illo insolentissimè indul-
gebant, me omnia ad Gubernato-
cem perscriptum esse: Iniquissi-
mum quippe esse, Dominum hunc tot ac tantis suffragiis commenda-
tissimum, solos felicitati suæ per re-
stitutionem in pristinum statum promovendæ, obtrectatores habe-
re eos, qui illius beneficiis ac me-
ritis se suaque omnia deberent. U-
niversa Gallia novit, quantum Je-
suitæ Duci Espernonio debeat,
qui eos quasi postliminio revoca-
vit, postquam Augustissima Parisi-
ensis Curia eos propter enormia
flagitia proscripsisset. Interea ta-
men

men universa Guienna, cui hic nostri seculi Heros præerat, cum indignatione vidi, ingratos hos aliorum Monachorum exemplum, cui se conformare debuerant, non secutos, non abstinuisse ab hac contentione, quæ inter eum & Archi-Episcopum intercedebat, sed manifesta secessione partes hujus securtos, litem illius suam fecisse, testes in ipso existisse processu, & quod maximè execrabile est, Auctores fuisse libelli diffamatorii, qui Dacem Espernonium Tyrannum & persecutorem Ecclesie, non sine nigerrimæ calumniæ argumento indigit, adeò ut Eminentissimus Cardinalis Valesius hujus scripti insolentiam haud ferens, diligenter tissimè in ejus auctorem, frustraten, inquisierit, Verum Deus, qui certe

certum tempus criminibus determinavit, non passus est diutius hoc sepultum jacere. Debeo ego publico & Domino Candalio, qui haud perfunctorie latabitur, si hostes Avi sui intelliget, hujus revelationem criminis. Auctor igitur hujus libri est Leonardus Alemajus, Jesuita, homo disertus, qui eodem tempore Eloquentiam mecum docebat. Superiores mandaverunt illi, ut illum conscriberet, & in primis Petrus Galesius Rector & Superior Professorum illi suppeditabat argumenta & memorialia. Nec illustris familia Valesiana ignorat, Jesuitas non privati odii instinctu Beatum Dominum Espernonium adortos esse, sed autoritate Superiorum, qui universum sc. representabant ordinem. Testes in hanc rem habeo

beo multos, & hos inter Laurentium
Fontanum & Petrum Chabanellum
Jesuitas, qui audaciam hanc obli-
visci non poterant. Et utut hic Ab-
batiam Tenaliensem iis donaverit,
in agro Sanctoniensi, nihilominus
tamen eum lite pulsarunt hacten,
ideò, quod speciosam illam domum
Plassacensem exstruxisset, & solve-
re coegerunt septendecim millia
librarum. Ita Numen ordinat, ut
citò aut tardè puniantur illi, qui
Jesuitis universo orbi implacabili-
bus student atque adhærent.

CAPUT XIII.

*Judicium ac brevis recapitu-
latio duodecim discursuum præ-
cedentium.*

I.

*S*i omnia pervagatus Collegia,
omnes domus, omnes Noviti-

atus

atus seu Tyrocinia, quæ Jesuitæ
in orbe incolunt, non plura inve-
nissem crima, quam quorū
eos postulo & convinco in meis
discursibus præcedaneis, malum
forte non parvum nec ignominia
evis Ordini futura sit, qui cùm
extrinsecè sanctitatem præ se fe-
rat, esto ab omnibus peccatis
immunis esse non possit, ad mini-
mum tamen non pollutus tot ac
am horrendis debebat esse cri-
minibus. Sed si animadvertes, a-
mice Lector, me non de omnibus
provinciis mundi loqui (nimis
longè quippe tunc eundum foret.)
nec etiam de omnibus Galliæ, sed
solummodo de provincia Guien-
na, quæ minima & angustissima
carum videlicet est, nec etiam de
omnibus Collegiis, sed de quatū-

on

or aut quinque & præcipue d
i illis, in quibus vixi, procul du
bio judicabis, mores eorum tan
tum non corruptissimos esse, cum
saltem inquirendo in quatuor
aut quinque habitationes, statim
ia iisdem falsarios homicidas, So
domitas, monachos adulteratores,
sacrilegos, offendam. Eosque non
unius aut duorum, sed viginti,
quinquaginta aut centum atten
tatorum reos. Exempli loco hac
tibi esse velim, ex quo de aliis
provinciis juxta proportionem, ju
dicare poteris & concludere, quan
ta hujus ordinis sit malitia, de qua
universus orbis justè conqueritur.

II. Judicium.

MAxima quædam cœnobiorum
est, peccata, quæ à persona se
culari commissa venialia sint fu
tura

tura, sacrilegia evadere à Mono
cho perpetrata. Ad Ordinem
hunc deformem ac turpem in
digitandum non opus est accu
sare ejus homines homicidas, So
domitas, proditores Regum: suf
ficit monstrare, eos non amplius
profiteri illam severitatem regu
larem, quæ antecessores suos pro
sanctis venditabat, tantamque
lentè irrepsisse confusionem, ut ne
unicam ferè regularum, quas ri
gor commendabat, amplius ob
servent. Vide ne Jesuitas reos hic
postulem leviorum delictorum,
quæ committunt in observatione
Instituti. Videlicet, quod mur
murantes obedient, & non sine
stomacho: quod incommoda
paupertatis fugiendo splendidius
ac lautiùs ipsis civibus urbium ce

H leber-

leberrimarum vivant: quod simulantes inter se alant, & se mutuo injuste deferant: quod campanas pulsent summo manè hora quarta, ut populo persuadeant, se genubus pro voluto preces fundere, cum è contrario extensi in lectis altoque oppressi jaceant somnō. Verūm nota, me illos accusare, quod dies corruerint documentis instrumentisque subjectas, infantes occiderint, Reges prodiderint, moniales virtuaverint monetam adulteraverint. Quæ crima non solūm pessimam disciplinam, sed corruptionem rationem arguunt, quæ in maximis etiam Rebuspubl. & solummodo apud Atheos & pestes Reipubl. deprehenditur. Judices igitur ex hoc, qualis hic ordo sit, qui nihilo

minu-

minus gloriatur, reformationem Recollectarum ad se pertinere medianib[us] Ignatii exercitiis.

III.

UT eò melius intelligas accusationes meas, quas produco in publicū, lubeat Lectori amico notare, quod non investigaverim in maxima crima, quæ Jesuitæ in Guienna intra septuaginta vel octoginta annos, postquam in his commorantur terris, perpetravere, sed quod dece[m] saltem aut duodecim annorum crima notaverim, inter quæ Antedatum apprimè huic temporis respondet. Quod si intra tam exigui temporis spatium tantum deliquerunt, quid in posterum quæso de hoc ordine nobis polliceri poterimus? Et si intueri in illos,

H[ab]e-

qui

ctorum criminum reos postulo,
non superiores in ordine existant,
veluti Provinciales, Rectores, Pro-
curatores Provinciæ, Prædicato-
res, summi Theologi, & in huma-
nioribus egregiè versati literis.
Malescotus, Russoius, Pitardus
Sabatherius, Johannes Adamus
Petiotus, Oliva Dufrenius Ma-
niam & cæteri magno numero,
quorum nomina & insignes in-
geniorum dotes non sunt in ob-
scuro. Cum minores stellæ Ecli-
psin patiuntur, nemo nisi curiosi
Mathematici videlicet observant:
Verum si Sol inordinato fortè
passu offendit, populi ex quatuor
mundi plagis oculos ad globum
suum elevant. Non hîc crimina
refero quorundam Coadjutorum
aut obscuri commatis viatorum (si

H 3 tamen

qui ante hos octo annos eidem
ex fonticis rationibus valedixe-
runt, subuerit, plerumque suba-
ctissimi judicii nec vulgaris eru-
ditionis horaines eos invenies.

subiectum secundum IV. de ratione

Cum facilis & inconsulta quæ-
dam ancilla, pudicitia suæ pro-
digia, virginalem honorem pro-
stítuit, tota exinde non statim
scandalizatur civitas, & in duos
aut tres cognitorum porrigitur
infamia, & quidam vicinorum
tantum ideo succensent. Verum
quando honestæ familie puella
perdit illud, quod hic sextus in
summo semper habuit pretio, tota
statim regio inde personat, &
singuli ac universi ex eo scanda-
lizantur. Subsumē nunc, num hi
quos nomine & cognomine in-
digite, quosque horum supradi-
ctorum

tamen quædam horum attuli, cum ceteris comparanda non sunt) sed exhibeo tibi primaria hujus ordinis capita, cervices hacte nus immanibus submittentia sceleribus. Quod si nomen, quod corpori alicui ceu genuinum atque conveniens competere debet, a nobiliori semper subjecti aut objecti parte mutuandum est, judica, an hic Ordo dulci nomine Jesu, an facinorosorum potius insigniri debeat.

V.

Postquam evolveris & diligenter examinaveris horum foliorum contenta, certus sum, te sine mea admonitione judicaturum esse, quod Jesuitæ me ex necessitate prævenerint, existimatione eorum id exigente, ut me processu inten-

intentato, aut scriptis dissimilare instituerent, tantum quia sibi persuaderent, me non semper suppressurum esse illorum scelera, quæ si prudenter reticerem sub egressum meum, ideo, ne me spontaneo exponerem periculo, nihilominus tamen ea tandem Dominorum videlicet iusti revealaturum esse. Sed juraverim tibi, falsos eos in opinione sua esse, modò eam fovent, & potius illos mihi gladium in manus tradidisse, ut me contra illos defendere, corda autem & prunellas oculorum in existimatione eorum vulnerarem. Finio nunc, & Te duorum persuasum volo: Primo me nihil, quam veritatem scripsisse; secundo, tacere mihi propositum suisse penitus, nisi me graviter ad-

H 4 or-

dorti essent, quod procul dubio
ideò fecisset, quod cernerem
æquè mihi pudori futurum coram
fratribus, quòd tamdiu in hoc
scelerato vixerim ordine.

F I N I S.

Generale Judicium de Je- suitis.

Impiis his Jesuitarum actionibus
ponderatis, quæ scandolosæ ad-
modum sunt ac detestandæ, miti-
us fortasse iis irascendum adhuc es-
set, si privatis tantummodo incum-
bentes delictis, perverso suo indul-
gerent genio, saltem ut propriis
cupiditatibus satisfacerent, nefas-
riasque explerent libidines. Sibi
enim potius peccant, ac conscienc-
iæ lethalia inferunt vulnera,
quamvis alii illorum exemplo per-

latus

latūs quasi quoque peti videantur.
Verùm si publica eorum crimina,
quæ Imperiorum fundamenta sol-
licitant, ac Regna ipsa prono suo
exponunt lapsi, intueamur, acer-
biora fortasse ea atque ipsorum
Regum mactationes deprehende-
mus. Hactenus quidem Crimina
laſæ Majestatis in iis vexata sunt,
nondum tamen ipsorum conver-
siones Regnorum mutationesque
illis deberi conquesti sumus. Vio-
lenter orbi subduxerint Reges
Gallos, at non moriuntur hi, & Gal-
lia suo Rectore propterea non ex-
cidit. In sanguinem peccarint
regium, præcipitarint eundem,
artus ac membra Regni propterea
non conciderunt, ne intremuerunt
quidem. Vindicavit hoc Regnum
Numen potentissime à lapsu, &

H 5 Hi-

Hispani arma tanto tempore frustra vibrata, intentaque obtusa tantum non redditas sunt. Quibus enim non artibus publicam interpellare quietem, similitatem interconfederatos alere conati sunt? **Quis ignorat S. C. Eustochii Bellaij Episcopi Parisiensis sententiam, quam scriptis mandavit, qua societatem hanc, ut novos omnes ordines, summè periculosam & ad motus potius concitandos, quam Ecclesiaz concordiam asserendam, institutam asserit.** Nec incognita illa admonitio Alphonsi Corsi, prefecti Burdegalensis est, qui in ultimo mortis constitutus articulo Regi plurima mysteria revelans, hoc oraculi loco reliquit: **Jesuitas ô Rex, felicitatem tuorum subditorum oppugnantes, reditus tuos occidunt, ne**

peperit

stepero suo periculose imminent, ut utis Religioni Catholice addictissimus esset. Quorsum scripta Jesuitarum & monstrosi ingeniorum partus, quam ad elidendam Regum autoritatem & Marianæ certe scriptum publicè crematum quid non impietatis continet, cum non dubitet in justissimus ille, justificare execrandum illud Regicidium Henrici III. cui Ravaillacus procul dubio impium suum facinus præmium funestum debet. Ad do, Regum & quorumcunque Magistratus Politicorum mors & vita ab arbitrii Jesuitici horoscopo hodie suspenduntur, ut si illis studeant, vivant & valeant, sin minus, pereant. Quam propè civitas Aqui granum à suo aberat interitu, nisi libertatis pristinæ admonita,

H 6 ad

ad virtutem suam respiciens arma
corripisset, noxiūque illud ho-
minum genus è Collegio urbeque
ipsa expulisset: Quid Ordines
Hollandiæ publico Edicto Anno
1612. caverunt, ne Romanæ Ca-
tholicæ Religioni addicti sub juris-
dictione suâ degentes, liberos su-
os Jesuitis informandos darent, au-
illorum informationi jam tradito-
eximerent: Quo fato porrò libe-
ille, quem Jesuita Hispanus Gr.
natensis, nomine Suarez consci-
pserat, in quo de potestate Regum
juxta ac Pontificis, in maximum
potestatis Regiæ præjudicium mul-
ta disputat, prodiit? Quæ non in
fanda contra absolutam Regum
ac Principum potestatem edisse
rit: Quid non Pontifici in illos li-
cere vult: Uno enim certo & uno

formi aëre perpetuo vegetatur hu-
jus Sectæ membra, Romani nempe
Consistorii afflatu. Et quam-
vis Jesuitæ sæpius admoniti fue-
rint, ut periculosisssimum hoc scri-
ptum, Regnis Imperii ac sibi met-
ipsis noxiū atque fatale refuta-
rent, nihil tamen ab iis impetrari
haec tenus potuit. Hinc supremæ
Curiæ Parisiis legendus ac judican-
dus relictus est. In quo cùm plu-
rimi Reges inveniantur, quibus
Imperium abrogatum fuit, ne u-
nicuſtamen è domo Hispanicâ re-
pertus in eo fuit, ex quo facilis con-
jectura est, Regem Catholicum ab
hac Papæ jurisdictione subjectio-
neque excipi. Super quo scripto
à Parlamento præcipui Claromen-
tani Collegii Antistites citati sunt,
ut sententiam hac in parte Parla-

menti exequerentur, nec ad stipula-
larentur Gretseri, Azorii, Bonari-
cii scriptis, in primis autem libro,
qui insignitus est Tyrannicidium
seu Scitum Catholicorum de Ty-
ranni excidio (cujus Autor Jaco-
bus Kellerus societatis membrum
existit) nec publicè docerent eos,
nisi in se cœi criminis lassz Maje-
statis Reos inquire vellent. Quid
non Jesuitarum Dillingensium ve-
nenatus liber, qui PACIS COM-
POSITIO indigitatur, incommo-
di Germaniæ dedit? quale non
classicum cruentissimis Germa-
niæ bellis cecinit? qui demum o-
culos Saxoni aperuit, ut haud ob-
scure præse ntissimum periculum,
quod sibi & Protestantib⁹ immini-
bat, cernere potuerit. Soli huic
debetur, quod Elector partes

Cæsar is relinquens, fœdus cum
Sueco non sine fructu pepigerit.

Non assimilis huic fuit alter
ille à Paulo Laimanno conscriptus,
Justæque DEFENSIONIS
tituló insignitus, qui de ingratitu-
dine Jesuitarum erga Imperato-
rem suum, qui beneficiis ac in-
dulgentiâ verè paternâ illos sem-
per foverat, exactè testatur. Dum
nulli dubitant, Aulam Imperatori-
am convitiis proscindere, literas
Imperiales, mandata atque decre-
ta alto supercilio spernere ac ne-
scio quas frivolas & inanes exce-
ptiones iisdem objicere. Qui-
bus quidem venenatis scriptis quid
in Regna ac Imperia possint, judi-
care facile poterit, qui non pepo-
nem pro capite habuerit. Jam,
ubi chartis non satis proficere pu-
tant,

tant, lacertis rem aggredi haud videntur. Quousque enim vesania eorum Anno 1606. in Hungaria progressa fuerit, videamus. Cum Posonii. Augustanæ Confessionis asseclis tempiu ad conservandam pacem publicam indultum fuisse, quò liberius suæ Religionis habarent exercitium, id tam agrè tulerunt Pontificiæ Religioni addicti, ut ignem eidem se illaturos esse minitari non dubitaverint. Protestantibus verò interea sedulò pro illo excubantibus, minus tam facile effectui tradere nō potuerunt. Tandem trecenti Jesuitarū scholares 23. Martii conjunctis viribus, aliis se iis adjungentibus, ad templum advolantes, custodes vigiles que in fugam dederunt, portas januasq; effregerunt, subfelliā pro-

turbarunt, ignemq; subdidere, quo factum, ut templum brevi temporis spatio in cineres redactum fuerit. Quæ res cum in Collegio Electorali admodum exaggerata esset, jesuitæ coram Rege se excusaront, Zelum Religionis in pectoribus discipolorum sufflaminare se non potuisse, precibus junctis, ne iterum exstrueretur, majori calamitati ansam præbiturum. Tumultus, qui hoc ipso anno Venetiis ab iis excitatus est, orbi satis innovavit, qui ansam dedit Edicti Anno 1337. conditi renovationi. Anno 1603. prohibitum fuit, ne templa, coenobia, Hospitalia sine expressâ Magistratûs permissione à quoquam struerentur. Anno subsequente 1605, aliud Edictum Magistratûs prodidit, quo similiter

pro

prohibitum est, ne quis Clero fundos donaret, venderet, locaret, nec sub quocunque praetextu juris feuda hereditaria ac possessiones, quas Beni stabili appellant, sine suffragio Magistratus, in eos transferret. Deprehenderunt enim, (quais non astutiam hujus societatis miretur?) dignitatem patiter ac bona secularia, lente decrescere, Clerum autem ut opibus, ita existimatione indies aegeri, in primis cum Clerus ab omnibus civilibus oneribus liber, Magistratus autem politicus ex illis, quaet alioqui fisco vindicabantur, bonis, nihil amplius percipiat, jure suo per possessionem Cleri expirante, necessariò populi patiter ac nobilium ruinam inde consecuturam esse, Clericis solummodo

modo Rusticisque defensioni Regni parum idoneis emergentibus. Anno 1608 variae machinationes & occulta consilia, postquam Conititia Ratisbonæ ex dissidio Principum ac Electorum nullum effectum sortita essent, sine decreto & placito statibus discedentibus, detecta fuerunt. Status enim Ordinesque in superiori & inferiori Austria, in Moravia clandestina cum Hungarib[us] pepigere fœdera, postquam illos magis in bellum, quam pacem inclinare vidissent, ut ut provinciæ haec tenas à Turcâ maximè afflent, & Incolæ variis inquisitionibus pressi ac fatigati fuissent. Arcanus verò præcipue dolus erupit cum Matthias Archiducem huic rei destinassent Ordines, Imperatore verò

vero in Archiducem Ferdinandum que Religionem opprimere, an-
 dum Græzensem (quæ à Jesu-tequam Imperator huic rei exe-
 tarum Hispanorumque nutu u-quendæ impar, morte decederet,
 nicè dependebat) inclinante, quem videlicet possent. Variè hoc à
 gravioribus Imperii negotiis Im-Protestantibus vulgo Hugenotis
 perator admoverat, eumque ad in Galliâ sparsum & Jesuitæ ceu
 comitia Ratisponensia ablegans, pacis publicæ turbatores accusati
 eum ceu Commissarium in suum sunt, admonitione, quâ Regem se-
 locum substituerat. Quarum si-curitatis publicæ vindicem & con-
 multatum factionumque aucto-servatorem Gallicæ Libertatis se-
 res soli Jesuitæ exstiterant, à Produlò exhortabantur, typis im-
 restantibus expressè pro his tu- pressâ, quæ 14 articulos contine-
 batoribus factionisque autorib[us]bat. Quòd si oculos reflectamus
 proclamati, in primis cùm illo-
 rum studia in id unicè vergerent,
 ut Reginæ Hispaniarum & Re-
 ginx Poloniæ fratrem, Archidu-
 cem Ferdinandum Austriacæ Mo-
 narchiæ gubernaculis præficerent,
 quò commodiùs postea signa in
 Turcam attollere, Protestantium-

que

culis hoc Regnum obnoxium
antea fuerat, propterea quod ex
hypocrisi ac superstitione com-
posita secta Jesuitica in his terris
tolerata tamdiu esset, & quot ma-
tationibus juxta ac tumultibus id
expositum fuisse, dum in id u-
nicè laborarunt, ut auctoritatem
Sedis Romanae stabiliendo Re-
gna omnia, Regiones atque Pro-
vincias hujus mundi eidem sub-
jicerent; divino & humano re-
spectu insuper habito, talibus sem-
per intenti mediis, quibus dissidias
inter Principes excitarent, eas
provincias, in quibus religionum
diversitas esset, motibus ac facti-
onibus implerent: Magistratus
in subditos, & hos in Magistratus
accenderent: in Reges, pravis il-
lorum adversantes consiliis, per-

cūs

cūssores mitterent, quibus ob id
salutem æternam pollicebantur:
beneficio confessionum auricu-
larium secreta & abdita cordium
elicerent: hominum conscientias
in rebus indifferentib⁹ auctoritate
constringerent (tales Sidonius A-
poll. lib: 3. Epist: 13. appellat Con-
cionatores criminum, sinistrarum
opinionum duplicitores) & ad
exemplum Templariorū immen-
sas opes avidissimè corraderent:
regimini politico se immiscerent;
docerentque publicè, ab Eccle-
sia Romana secedentibus nullam
fidem servandam esse, eosdem
hæreticos declararent. Quibus
artibus quid in Gallias, Angliam,
Huagariam, Transsylvania, Ve-
netias, Hollandiam & cæteras Im-
perii provincias poruerint, orbi
latiss

satis innötuit. Quantā porrò fe-
rocia auctoritatem Imperatoris
Rudolphi in Bohēmia imminu-
ere conati sunt, dum literas regi-
as Ordinibus in securitatem Re-
ligionis concessas eō, quod con-
sensum Pontificis super iisdem non
requisivisset, imperfetas ac nullius
momenti proclamarent. Quo
ipso tantum profecerunt, ut Cæ-
sarez Majestatis subditos sub u-
traque, ad religionem sub una car-
ceribus & omnis generis instru-
mentis ac dolis publicè sub titulo
politici statūs coegerint, templa
iis clauerint, solo & quaverint, cul-
tum divinum aboleverint, prima-
riis officiis homines sub una præ-
fecerint, cæteros sub utraque ab
iisdem removerint, & brevi, pau-
cis quibusdam hominibus scele-
ratis

Iudicium generale.

193
ratis ac decoctoribus desperabun-
dis habenas totamque admini-
strationem Regni commiserint.
Quorum sub regimine quid ve-
nenata Secta aliud quæso machi-
nata est, quam ut totam Regionem
gravissimo exponeret la-
psui, incolas in præsentissimum
adduceret interitum, nisi Divina
providentia illos ab hoc poten-
tissimè vindicasset. Quos Anno
1619 Moravii secuti sunt, dum
in Decreto, quo eos proscribunt,
Sectam Jesuiticam multarum te-
chnarum ac fraudum ream argu-
unt, mediantibus quibus in vi-
tam Principum nefariè inquisi-
erit, cruentissimorum bellorum
fax ac tuba extiterit, præcipue il-
lis motibus causam præbuerit,
quibus Moravia immensis debi-

I tis

194 De J.uitis
tis implicita admodum pericli-
tari incepit. Hinc pacis publicæ
turbatores declarantur; ideoque
ex Moravia proscribuntur; cla-
ves templorum Collegiorumque
reddere & spem omnem in hanc
remigrandi provinciam abjicere
jubentur, capitis pœnâ in contra-
venientes constitutâ. Multa ad-
huc alia exempla suppeterent, quæ
factiones Jesuiticas prolixè lo-
quuntur, sed brevitatis studiosi-
his paucis erimus contenti. Qui-
bus omnibus si destitueremur, &
si fraudulenta eorum consilia
non ita Orbi manifesta facta fu-
issent, insignis saltem eorum ex-
tam vili ac tenui initio progres-
sus, amplissimi illorum redditus,
ac latissimæ possessiones inno-
centiam eorum suspectam redde-

re possent. Cum enim Clero ac
sacri Ordinis viris paupertas quam
commendatissima esse debeat,
eorum voto ita exigente, quid
privilegii hos pro sanctis fallentes
præ cæteris habere par est, in pri-
mis cùm, utut dicitæ optimum
pessimumque vitæ instrumentum
sint, nihilominus tamen posses-
sores plerumque à severâ illâ a-
nimarum curâ ad corporis solli-
citudinem, à precibüs ac vigiliis
ad voluptates carnis lentè abdu-
cant. In quæ pericula efficaci ali-
as remedio pretiosissimam hanc
paupertatem & solitariæ severi-
tatis religionem Ignatius invenit,
quò scilicet cupiditates immodi-
cæ, quibus sibi ipsis infesti, volun-
tariâ paupertate, fracto impetu
exarmarentur, non aliter, ac si fo-
ris

HAKOBA
De Jesuitis

196

ris mausuefcere edoctis, dentes
quoque ac unguium aciem sub-
trahimus, ut neque deinde, si in
naturam redierint, facilè possint
habere quo sàviant. Hic non pos-
sum, quin mentionem injiciam
libri cuiusdam a Jesuita quodam
in Polonia conscripti, in quo do-
ctrina de perfectione, quæ à So-
cietate nunc in pretio habetur,
continetur, & a Jesuitis Dillingen-
sibus in placidâ Disceptatione &
Justâ Defensione strenue asserta
tur, perfectionem sc. religiosam
non in paupertate ac rigido, sed
potius in divitiis & lautiori vitz
genere consistere, adeò ut quem-
libet, qui divitias suas rectè collo-
care animæ quæ consulere laboret,
ordini Carthusianorum, Capuci-
norum & cæterorum monacho-
rum

Judicium generale.

197

rum valedicere, solis autem Jesu-
ti studere debeat, quorum dotes
atque virtutes Apostolorum &
Prophetarum virtutibus responde-
ant. Qui tractatus à Nicolao à
Jesu Maria refutatus & Romana
ecclesia in proœmio libri in solati-
um monachorū contra Jesuitas ex-
citata his verbis est : *Exurge san-
cta Mater, & judica causam tuam!*
Tu approbasti religiones austeras
Psalmodie vacantes, paupertatem
in communi profitentes. Tuum est
qua homines alieno Spiritu (id est,
quæ Jesuitæ diabolo) pleni contrà
effurient, reprobare ; ne si dissimu-
les, approbare videaris. Insignista-
mén, inquiet, illorum autoritas,
quæ multo tempore apud Re-
ges valuerunt, de abstinentia ac
sanctitate morum contestatur, &

I 3

vix

HAKOBA

vix verisimile est, ab opibus in luxum & vitia delapsos, tanto tempore iis probatos esse potuisse. Ast, quid non in orbe semper potuit Religio: quo non ingenio quâ pietatis opinione occuparunt hi hypocritæ animos potentum? Quâm arduum ab initio magnorum sibi conciliare favorem, tam difficile rursus gratiâ horum excidere, quos nescio quæ fata lis constantia, ne in electione videlicet suâ errasse videantur, exercet; Ut taceam Jesuitas tam absolutum in voluntatem Regum adeptos esse imperium, ut quidvis persuaderent sine disquisitione, adeò ut ipsas coronas ab eorum mitris lugubri ac satis tristi successu sâpius pependisse credendum sit. Adde quòd meliora admoniti Principes,

il-

illudque ex obtestatione proficiisci putantes, sana consilia calcant, quæ arrogantia omnium periculosisima est, in primis ubi suo sensu abundant & agere volunt, cùm sic ad præcipitia deferantur, exiguae præterea sapientiæ argumentum sit, suæ potius quâm aliorum sententiæ credere, cùm nemo non in propriis negotiis cæcutiat. Quid, quòd eos tantò magis errare dicam, quanto majore autoritate pollent, nihil enim certius, quâm animum ex summa potentia facilimè ad licentiam prolabi. Excusandi tamen hi sunt, nec quod affectibus abripiantur, sed, quòd sub religionis larva, cui pietatis species intexta est, fortissimè iis imponatur, credendum est. Veteratores enim hi solertissimè Regibus

I 4

gibus blandi, eorum affectibus ingeniosissimè velificantes, cæterum nemini mortalium crudelitate, perfidiâ & quoties tutò licet, superbiâ concedunt, adeoq; haud agrè apud candidissimæ quamvis virtutis príncipes pro amicis haec tenus se fellerent. Quorsum enim illæ Reservationes Mentales, quibus mendacium aperte profrentes iis verbis, quæ sensum verum habere non possunt apud audientes, exceptione quadam & reservatione in corde suo volunt mendacii & perjurii rationem esse sublatam, quām ut ineluctabili errori implicit eos, qui fidem juramentorum sanctam ac intemeratam omnibus credunt. Quod Jus aliud eos agere, aliud sentire quæso docuit. Quod privilegium eos

à communi gentium rectitudine distinguit. Num conscientiæ suæ, bonoque publico hac simulandi arte consuluisse existimant. Minime sanè. Eo ipso enim, quo sinceri ac fideles videri volunt, perfidiam suam haud obscurè produnt. Quomodo enim cum iis converseris, qui aliud loquuntur ac sentiunt, qui aliud jurant verbis, aliud corde fovent; cùm verbis animo nunquam respondentibus nihil aliud agant, quām fallant, eoque impunius, quò dissimulare callidè & pretenata supercilium dispensare didicerunt. Non enim eos juvat, quòd subintelligant, se non fecisse, aut non scire sic, ut teneantur dicere, quia illa restrictio non significatur ullo modo verbis pronuntiatis, nec occurunt illæ circum-

stantia, ut meritò tale quid subintelligi exterius etiam significatum judicari possit. Sanè hoc ipso non Theologi, non patres, nec Politici, quorum non est fidem datam fallere; sed Protei, sed Impostores, sed falsarii audiunt. Verba enim eorum menti non conformia, sed contra eandem proferuntur, ideoque neque mendacii, neque perjurii labem ullo modo effugere possunt, illorum conscientia hoc iis dictante, se contrarium enunciare ejus, quod fecerunt. Hinc Scriptor Pontificius Johannes Barnesius Benedictinus illorum doctrinam non solum mendacii & perjurii, sed & rebellionis, proditionis, abnegatæ religionis ac atheismi postulare non dubitat, cum in Epistola dedicatoria ad ipsum

psum Pontificem cum Scholæ Parisiensis approbatione profitetur, se probaturum æquivationem, hanc esse principium Confusionis Babylonicae, maledictionem populi Christiani, pertinere ad doctrinam Dæmoniorum, justitiæ repugnare, mendacium & sycophantiam fovere, virtutem omnem enervare, pacem Republicæ pesundare, dogmaque ipsum Machiavellianum esse, atheismo viam sternere, perjuria fovere, Reges ad Tyrannidem & crudelitatem, contra subditos necessariò impellere, Principibus maximè hæreticis omnem adimere securitatem de fidelitate suorum subditorum. His fraudib⁹ ac imposturis nixi, publicè impune decipiunt. Quam opulentissimæ enim venationis ge-

nus illud est, quo explorant intimos Regum motus, quo eos natura, quo cupiditas vocet. Hinc illorum sectari studia, illorumque confisi indulgentiae, insigni proterviæ argumento per eos regnare & publicas juxta atque privatas regiminis cum iis partiri curas, secretè odia iis contra diversam religionem profitentes inspirare, omni adeò potestate eos exarmare & in miseros armare subditos. Hinc inquisitionem suadere, non alium in finem, quam ut devotos & quibus religio cordi est, possessionibus exuant, in exilium mittant, exulumque bona precibus supplicibus intercipiant. Huc spectat monstrosa illa sanctio Pontificia à Jeluitis procul dubio exclusa, ut si quæ potestates seculares

di.

ditiones suas ab hæretica (quas inter Reformatorum religionem numerare haud dubitant) pravitate purgare neglexerint, illæ Catholicis exponantur occupandæ c. excommunicamus. §. moneantur c. ad abolendum. §. statuimus X. de hæret: Cui conforme illud privilegium est, alias der Geistliche Vorbehalt appellatum, ut bona immobilia ab Ecclesia Romana secedentium in commissum cadant. Iniquissimus sanè hic acquirendi modus est in æ quo & bono, omnium Iurium fundamentis, male fundatus. Cur enim ex fide & religione mea pendeat proprietas bonorum, aut superiori competit aliquod Jus in illud, quod in matrimonio nulli⁹, ac planè in commercio haud est: Nihil magis libe-

I 7 rum

rum quam fides est, quæ ceu quidam divinum in Spiritu imperari cogique non potest; Magistratui autem in caduca saltem, non in divina licet, quorum nulla unquam possessio, sed usurpatio est. Unde non sine ratione Concilium Toletanum VI. Canon. 56. nemini ad credendum vim inferendam statuit. Hinc Carolus V. cum à Clemente VII. Bononiæ urgeretur, ut Lutheranam Religionem bello impugnaret, suggestionibus illius graviter se primò opposuit, tali responsò ad postulatos Clementis articulos tradito: Ut parentum deliria ferenda sunt, ita in Civitatibus ac Religionibus vitia quædam dissimulanda, fundamentum in Ecclesia retineri oportere, referente Goldastô tom. 3. Const. Imper.

per. fol. 506. Omnis enim violencia in talibus diffidentiam in animis subditorum gignit, similitatem creat, ex qua discordiæ Civiles ac repentini motûs, qui in maximas clades ac totorum sæpe populorum interitum erumpunt. Quid enim aliud novæ hæ superstitiones inventant, quam ut fascinatis aut concitatis plebis animis Edicta pacificatoria eludant, tranquillitatem publicam violent, majore quondam mole eadem conturbatur? Nunc ad ambitionem & fucatam illorum religionem, ex quibus omnia hæc mala ceu ex inexhausta scaturigine pullulant, descendamus. Quæ enim in auricularibus confessionibus à summis non expiscantur? quæ minutissima hic curiosi Regum & muli non rimantur?

208

De Jesuitis

iis persuadentes, quod pacis & bel-
li consilia secum communicanda
sint: quod ad se pertineat, justitiam
causae prius trutinare, antequam in
effectum erumpat conatus; Ex quo
fit, ut ex utilitate propria dispen-
sent consilia, immensis saepe lar-
gitionibus corrupti, votisque suis
hosti studeant, funestaque Prince-
pibus persuadeant. Quod qui-
dem artificium Confessionarium
Venationis Jesuiticæ præcipuum In-
strumentum est & rete aptissimum.
Quod hactenus non adeò dextrè
extendere & complicare potue-
runt, quin sollicita hæc arcanorum
indagatio, peccatorumq; impu-
dicissimum examen illos non
plurimis suspectos reddiderit, quia
imo penitus à Catholica com-
munione repulerit plurimos.

Quod

Quod quidem in Moravia hacte-
nus subolfecit præsul Olomucen-
sis, cuius nomine abutentes Jesuitæ
illum opinione cujusdam libri,
quod ipsi imprimi curaverant, o-
nerare non dubitarunt, in quo pro
confitentium instructione Catalo-
gus peccatorum cum discretione
venialium & mortalium recense-
tur, pro cujuslibet conditione ac
dignitate. Quem quidem ille
hortatu amicorum, ejusdem spuri-
citie perpensâ ceu Christiano ca-
stitatique morum indignum pre-
tio plusquam decuplo passim
redimere & ac suppressimem pe-
nitus conatus hactenus est. Lu-
stremus hic nonnihil histori-
am; videbimus, Belgicas provin-
cias jugum Hispanum fortissimo
conatu excussisse, ideo, quod in-
qui-

quisitionem ac vim conscientiarum, quam Jesuitæ suaserant, metuerent. Felicissimus Philippus II. Hispaniarum Rex extitisset, si pactum Patris Caroli V. de non inducenda inquisitione haud violasset; si consilio & suasu Margarretæ Ducissæ Parmensis & gubernatricis Belgicæ inquisitionem abrogasset, nec Ferdinandum à Toledo Ducem Albanum cum plenissima potestate puniendi rebelles & cogendi subditos ad religionem catholicam in Belgium misisset, & hæc omnia Jesuitarum impulsu. Ex quibus πολυπεγμενη eorum elucet, quæ cœpestis ab omnibus sedulò fugienda est. Quo enim successurem sacram cures, diversis erroribus in Ecclesia remedia pares, consci-
entiis

entiis exercitatis auxilia suppedites, si Regum arcana te solicitent, si novis motibus subinde intentus bella stradeas, pacem detesteris, publica privataque misceas, saltem ut mutuis præliis tandem attriti Principes, bellorumq; pertæsi, pacem quovis pretiō & quibusvis conditionibus emtam, precibus & consiliis Jesuitarum debere videantur, dum interim Reges in suis provinciis nunquam bonâ fide pacatis solliciti expectent, ex quo cinere se flamma refundat, cui placeat gloria novatilis, & quæ fœderum tabulæ jam plenissimis libris addendæ sint, interim his prodest peccavisse. Provoco hic ad Societatis hujus Regulas, constitutiones, Instructiones: Nonne jure merito con-
questi

questi sunt Superiores: Secularitas & Avaricimus insinuans in familiaritates & gratiam Externorum, Morbus est in societate & intra & extra periculosus, & istis (Jesuitis) qui eum patiuntur, & Nobis (Superioribus) ferè nescientibus paulatim subintragit, specie quidem, seū prætextū lucrificiendi Principes, Prælatos, Magnates, conciliandi ad divinum obsequium hujusmodi homines Societati, juvandi proximos &c. sed reverā quærimus interdū (imò ut plurimum) Nos ipsos, & paulatim ad secularia deflectimus, id est, Avaritiae & Ambitioni non minūs, quam Seculares indulgemus. Alibi, secularia negotia & quæ sunt à nostro instituto alienissima, & vehementer a Spiritualibus avocant, multò magis

magis evitari convenit: præcipue publicis ac secularibus Principum negotiis, quæ ad Rationem statūs pertinent, nullà ratione indulgendū est Ordini, nec per quoscunque Requisito aut Rogato ejusmodi Rebus Politicis se immiscendum. Iccirco mandatur superioribus, ne permittant nostros iis Rebus ullò modō implicari, &, si quos ad eas propensos animadvertant, eos loco mutandos quam primūm procurent. Ex quo enim ab his Regulis discessū est, quid nō indigni sceptra & Principatū persiſtunt: quibus non fatalibus implicati fuere discordiis Imperia? Quid enim, quæso, aliud Imperium Romano-Germanicū in tot partes ac factiones hacten⁹ egit, quā rabi-

es

es Jesuitica & quid concordiam
mutuanque animorum consen-
sionem affixit, quām discors ac
nunquam sibi simile eorum inge-
niū? Vertiginosus illorum spiri-
tus malignum illud videtur esse
cāmentum, quo pedes ferrei ac
fictiles ægrè sibi cohārent. Cœ-
cus enim ille ac sui impotens Re-
ligionis fervor quidni dissolvat
potiūs hoc sacrum vinculū, quām
constringat & Cūr non æquè ira-
sceris conditioni nascendi, quā te
infimæ sortis hominem, quam in
hac vel illa religione nasci volu-
erit. Cui si indignaris, vide ne te
vanitatis postulet necessitas. Cur
sævire in eos sustines, qui tuomet
judicio ex infelicitate religionis
miseri sunt: cur ferro, flammā &
diris quibusvis modis in perden-
dos

dos debaccharis. Ignobilia in mor-
tis candidatos sunt odia, supplici-
umque, quod eos manet, commi-
serationem potiūs, quām odium
promererī videtur. Innatā quasi
generositatē subjectis parendum
est, nec afflictis ac dura conditi-
one infelicibus addenda afflictio.
Præterea tūi voti damnandus, sci-
licet ut cogas id, quod suaderi si-
bi non volunt, vide ne ridiculus,
iniquus certè existas. Profitean-
tur enim vita moribus verbis tua
sacra, si tibi illa conscientiā relu-
ctante profitentur, quid quæso ad-
eptus es, nisi ut magno conatu
magnas nugas agas, aut ut illi sub
personis ex necessitate sumtis,
invitam agant histrioniam aliis,
atque supremo parūm eò proba-
ti chorago. Ut Intellectus noster
ne-

necessariò intelligit, ita voluntas
verè cogi nequit, simulari potest.
Nimis scio literis puer tinctus es
J E S U I T A, quam ut ignorare
possis actionum humanarum prin-
cipia, quæ in philosophia Morali
traduntur, quid scilicet spontane-
am, quid invitam reddat actionem.
Nunc te ipsum excute & examina,
quid puer edoctus, vir suppressus
ac sponte delires. Quam insipidum
illum Oratorem dices, qui in
sententiam suam concionem ali-
quam pertracturus, à minis ac in-
crepationibus ordiretur, volunta-
temque violenter occupare in-
tenderet. Decipi lubentius quam
cogi mortales volumus, & quæ a-
liâs suâ sponte nobis persuaderet,
si cogitur, eo ipso displicet senten-
tia, Omnis enim coactio menti
humana-

humanæ gravis & molesta est, dum
illa animum liberaliter institutum
enormiter lœdit & sauciatur, quâ ei
Religionis nomine vis infertur.
Ast si ad illud, quod tantò conatu
crepas; **C O M P E L L E**, provo-
ces: hōc ipso insultior eris. A-
gens enim & patiens propor-
tionem inter se requirunt; respon-
dentia debent esse media suo fi-
ni, qui spiritualis ejusdem quoque
naturæ media desiderat. Nam
quemadmodum ægritudines cor-
poris, ab humoribus ac sanguine
peccante proficiscentes, conveni-
entibus ac ordinatis suis remes-
diis sanandæ sunt; ita animæ mor-
bi non vi externâ ac corporali,
non carceribus, non ferrô, flammâ,
compedibus, bonorum confisca-
tione, exilio & his, quæ ingenium

Tyrannorum ad excruciantos
invenit homines, pelluntur, sed
spiritualibus potius pharmacis,
oraculorum divinorum explica-
tione, applicatione, comparatione,
voluntatisque divinæ dilucida-
tione curantur. Hinc uti artus ac
membra corporis desperatæ va-
letudinis, quæ fortè gangrena
corripuit, ense rescindenda sunt,
ne sincera trahatur pars; ita in ani-
mæ vulneribus ad preces, admoni-
tiones, argumentaque convin-
centia consugiendum est, nō con-
fundenda remedia sunt & pro-
miscuè applicanda, nisi acuere
morbos & profligatissimam red-
dere valetudinem volueris. Quid
non persecutionum tempore in
miseros Christianos ab Ethnicis
Imperatorib' sævitum est: Quibus
non

non tormentis corpora eorum
miserè lacinata fuerunt: non ~~lio~~
successu, quam ut immanibus his
cruciatibus animi Christianorum
infractiores resurgerent, & pa-
sim in mortes insigni constantiæ
argumento certaretur, adeò ut
inconcussa ac masculâ virtute in
admirationem gentiles raperen-
tur, & simul suspicari inciperent
de veritate, quam ita strenue con-
fitebantur, videntes eos caterva-
tim in supplicia ruere. Ex quo
Jesuitæ exemplum capere, & quan-
tum dirâ illâ inquisitione Hispani-
câ omnibus suspecti futuri essent,
judicare debuissent, hinc item præ-
servidum bîlis æstum temperare.
Cum enim viderent, Reforma-
tos in dies majori alacritate, cum
majori subinde persequantium re-

atu, proscriptiones confiscationesque bonorum pati, argumento esse ipsis hoc poterat, ex solo veroque cultus divini amore abjicere eos bona & pro derelicto habere, saltem ut thesauros conscientiae ab Improborum malitia intactos conservarent. Ceterum & què ego, atque illi, modò credunt, licet in conscientias inquire, delico, si ex zelo religionis id fieri potius, quam ex internecino, quo Reformatos prosequantur, odio & ex alienis bonis iphiandi cupiditate proficiisci autumem. Non enim adeò stupidi sunt ut conscientiae & saluti publicæ eo consultum esse credant. Neque ignari possunt esse consilii, quod à supra ma curia Parisiensi Regi

Gallia

Gallia suppeditatum fuit, qui Edictum de expellendis Huguenotis promulgatum cupiebat. Suaserunt hi, ut ab instituto desisteret, his ferè verbis: & quitati & rationi consentaneum esse, ut exterarum Ecclesiarum vestigiis insisteret, quæ non ferrò ac violentiâ in asserenda Religione propagandaq; sed sinceriore doctrinâ & honestis vita Antistitutum exemplis rem conficeret. Thuan. lib. 79. pag. 178. Quod uti salutare monitum erat, ita nunquam periculosius peccatur, quam si sub specie religionis viris principibus imponitur. Consiliariis secularibus de rationibus consiliorum, immo sœpe de eventu illorum reddenda ratio est, quando Principi lübuerit; horum verò conscientiae innocentissimæ opinio reddendis

K 3

iis

iis jamdudum eos exemit, & nescio quæ arctioris supercilii species, quam Personati hi fingunt atque refingunt, ipsos summos viros in devotione continet. Et cùm nulli rei magis quam eloquentiæ studeant, non potest fieri, quin maximè in hac scientia polleant. Unde verborum suavissimè fluentium lenociniis dementant suorum Auditorum aures, & concionibus suis, quas artificium magis oratorium, quam rerum divinarū suā vi ac nervo satis aliàs pollentium pondus commendat, summorum Principum animos occupant, linguarumque videntur gubernaculò, arbitratu suo eos potenter impellunt; Quemadmodum enim aliàs Sacerdotii sacræque professionis opinio animis auditio-

ditorum vehementer imperat, ut pietatis, superstitionis sæpe intuitu amplexeris consilium, quod probatissimæ fidei consiliarii alioquin nunquam tibi persuasissent: ita gesticulatoriæ Jesuitarum artes, vocis, supercilii intensio atq; remissio, & torius corporis in quosvis affectus mirificè formatus habitus, quò extorquere calculum auditorum suorum tantum non dicere runt, veluti fascinō quòdam summas quoque mentes constringit, in quâ deinceps captivitate ardenterissimæ ambitioni quam maximè indulgent, & quævis à taliter occupatis mentibus facilimè imprestantes, pro sanctissimis & ab errandi pœnitudine exemptis Patribus fallunt. Disputent nunc Academici ad sudorem usque pro

Monarchia Imperii Romano-Germanici, cui si publicè forte, saltem privatim non licet de hac felicitate sibi gratulari. Jam si felicior indoles justius se intueri, imò præludere magnæ spei incipit, si Sectæ hujus immoderatae ambitionis impatiens, eandem funditus extirpaturam minatur, postquam in id, quo minas effectui tradere poterat, eventu fastigii est, jam antecessoris piis insistere vestigiis & societatem religiosâ prosequi veneratione in auspicium felicis ac tranquilli regiminis jubetur. Sic ardui rudimentum Imperii exarimat justum zelum, & in propinquis ac secretioribus Imperii negotiis adultis patribus vix amplius licet justè irasci, qui animum

tene-

tenerum aptant negotiis & individuô nexu lateri ejusdem adhærentes animum olim à se alienatum recuperare laborant, hoc successu, ut illis postea omnia debent. Adeo vires horum hominum in aetatis adultæ sunt ipsoque tempore ac indulgentia legitimæ, quas accidendo injuriam facere Reges creduntur, cum natam hanc ante se potentiam percellere instituunt. Cæterum habeat quidem summus Princeps Ministrum, habeat Consiliarios, quos præ cæteris estimet, quos in oculis ferat, & conscientiosè ab illorum placitis, in primis si è re sua & subditorum, ipsique sacræ conformiavideat esse justitiae, dependeat: talibus tamen carere eum velim, qui ex πολυπαγμοσύνῃ suspecti noctu &

K.

in-

interdiu eum obsident, eundem sibi proprium reddunt, solumque sibi habent bonum, quod toti orbi commune esse debebat. Hi æquè ~~injusti~~ sunt, ac si Solem ipsum abscondere orbi & templo humano cœtui claudere vellent. Ut ut autem majorum exemplò illectus quibusdam ex opinione pietatis studeat, radios tamen suæ gratiæ in eos ita spargat, ut communicatâ luce luceant quidem; sed ut apparet, illi omnes in suum debere splendorem. Fiscum verò inutili liberalitate non exhauriat magnificus in eos, qui parvò debebant esse contenti, qui que gazis Principum abusi easdem in luxuriosa ædifica, imponente devotionis ac pietatis nomine, profundunt. Hæc facilitas ac indulgentia, illa in cau-

ta

ta in eos profusio præcipuas prodidit Imperii vires, aperuitque injuriis despectam dignitatem. Hæc enim lenitate ut immane quantum Austriacorum dignitati decessit, cuius fastigium declinat, cum eripi domui suæ Majestatem Imperatoriam hoc modo patiuntur. Quid enim sic restabit tandem illorum aviditati, quam propria Præcipis persona, quam tam liberè tandem & se omni potestate abdicantem possidebunt, nisi maturè ad suas virtutes respexerit, ut vix in ipsis Monasteriis & voluntatis submissioris ac omni in se juri ac liberati renunciantis exemplum exstiturum sit. Hinc familiaritati, quæ aliás nescio quid occulti in se habet, dum affectus nostros tacite sollicitans poten-

K 6 tissi-

tissimè fascinat, non nimium fidat, præcipue cùm inter officiæ demissionis verba nihil artis omittant, quò altorum spirituum retinentes, nec viles sint Regibus, nec suspecti, in primis cùm, quæ est pervicacissima horū ars, amorem fingant. Norunt enim hi boni Patres omnia momenta, omnes artes tenent, quibus oceupare Principum mentes queant, nihil omitentes eorum, quæ curam ac sollicitudinem in Imperium spondere possint. Quapropter sollicitè in quævis Imperii negotia inquirunt, Principum ac Regum passim studia, vota, cōsilia, fœdera penetrant, speculatori suos aliis in locis propriis sumtibus alunt, qui splendido cultu ac insigni famulitiō exterritorum incognitorum Principum per-

personas mentiuntur, ut eò facilis ad aulas & conversationem magnorum admittantur, qui summo studio quævis rimantur, eadem fidelissimè rescribunt, quibus postea, si eventus responderit, mirum quid placeant, quid non arcanis suis mentibus, quibus utiles Imperio videri possunt, deberi velint. Interim favoris exinde provenientis securi, privatis utilitatibus student, amplissimos redditus sibi vindicant, & feuda Imperio sæpe aperta, ad sublevandam Societatis egestatem, quam simulant, supplicibus libellis interpositis, protervè ad se trahunt. His & similibus artibus maximè Imperium exercent, fisci opibus, publico peculatuī criminè, ditescunt, ipsasque crumenas subditorum, quos vanâ religionis

ac precūm opinione pro defunctis decipiunt, emungunt. Ex quibus nunc judices, amice Lector, num hi Regum ac Principum amore digni sint, an non odium potius ac vindictam eorum promereantur. Inter regias laudes non minima clementiæ esse consuevit, quā hi in terris Dii immenso Numini quodammodo respondent. Verūm temperata ea esse debet, ne nimīma facilitas contemtui exponatur, & plus justō mitiores lenitate corrumpant Imperium. Crude-
lis in se est, qui aliis propriō dispensio studet. Liberalitas enim ac magnificantia in noxios & indignos, tantum abest, ut inter virtutes regias numeretur, ut inutilis potius profusio sit judicanda. Tempe-
ramentum heroicarum virtutum
est

est fovere bonos, ut non juxtā malis indulgeas. Armetur innata facilis regiō zelo, & pestes Reip. longissimē arceantur, fuisse flamine-
tur eorum licentia, illudque com-
primatur supercilium, quo inflati ac tumidi, cæteros præ se despiciunt, imperiumque in quosvis sibi arrogant, cæteris omnibus obsequii gloriam relinquentes. Ta-
ceo, quòd Genio Jesuitico quæ-
dam a natura occulta vis insit,
quā Ingeniis Aulicis suā sponte
imperat ac dominatur. Cùm enim
Aulicorum ingenia hactenus tra-
ctandō apprimē eadem didice-
rint: cùm condescendendō quan-
doque ad illorum nutum, dispen-
saverint supercilium, dum in fe-
rendis aulæ ineptiis, certè non im-
probandis, per quoddam compla-
cen-

cendi studium faciles extitere, eo sanè ipso Aulicos obstrinxerunt, ut illorum vicissim desideriis nunquam deesse, sed potius quibusvis officiorum generibus eos demererit et quum juxta atque decorum judicent. Quod studium postea Aulicorum ita moderantur, ut consuetudine & assiduitate lentè in habitum traductâ non amplius pro officiosa humilitate civilitateque, sed reverentiâ Ordini ejusque severitati debitâ accipient, ac pro officio ordinario interpretentur. Ita sensim exarmant potestate Seculares, & pietatis ac reverentiæ opinione sibi subjiciunt eos, quibus tamen spartam atque Provinciam, immò suam omnino felicitatem debebant. Hoc sanè artificiō

Pro-

Protei hi maximè profecerunt, & in immane quantum sacra eorum excrevit potentia. Verùm enim verò divinis pariter atque humanis imbutos scientiis, quibus hactenus insigni eruditioñis prærogativâ inclarerunt, adeò ut multum iis litteræ debeant, privilegium aliquod in ceteros habere videlicet par est, inquies, nec ullam malitiam ab his fertè, qui tantâ scientia & eruditione pollent, extimescendam esse judicabis. Verùm, apud depravatos animos, qui inimico sidere in interitum Regnorum nati esse videntur, literæ atque scientiæ potius in venenum degenerant, non aliter ac dulcial febricitantibus amara, valetudineque febri correptæ maximè nociva deprehendit.

hendimus. Quo enim diutius li-
teris incubuerunt, quo perfectius
regnandi artes a summis ad se-
tiora admissi consilia callent, eò
potentius liberiusque publicas res
versant, Principibus ab errandi
pœnitudine exclusos eos judicant-
ibus. Quod si ipsas scientias intuea-
mur, tametsi innocentia claudabili-
les ex fuerint, ex abusu nihilomin⁹
parvam laudem, imò vituperium in-
veniunt. Musica, quæ est harmo-
nia ex sonis differentibus compo-
sita, effectus sibi similes producens,
animam ipsam cum suo corpore
reconciliat, furorem passionum &
affectionem exarmat, ferocibus be-
stiis mansuetudinem induit, ipsi
denique rationi inservit, nihilo-
minus saepissimè animum per sen-
sus corrupit, & nescio ad quas sti-
mula-

mulavit impuritates Poësis, quam
merito filiam Musicæ appelles,
olim matrem imitans, elegantiâ sua
homines ad honestas actiones im-
pellebat, victorias Herorum ca-
nens, militumque animos inci-
tans, nunquam illustrior quam in
Theatris, cum, novò furore quasi
percita, supplicia maleficorum tra-
gicosque Tyrannorum exitus re-
præsentabat, ipsos Principes ad
se revocabat, subditos in officio
continebat; his devotionem atque
obedientiam, illis Clementiam,
utrisque Justitiam & religionem
inspirabat. Nihilominus mortales
optimas res corruptentes, divinâ
hae arte abusi, injustè eam affecti-
bus inordinatis subjecerunt, quæ
tamen saluberrimis monitis illos
corrigere debebat, adeoque inno-
centis-

centissima ars, quæ antea soli virtuti ministrabat, in virtii degeneravit mancipium. Rhetorica paulò felicior in objectis suis ac innocentior; nam iram sedat, animum percussum erigit, amorem odio & commiserationem vindictæ inducit, animique perturbationibus imperans tranquillitatem ex tempestate molitur. Hujus cultores duas plerumque partes, quæ hominem constituunt, adoriuntur, & imbecilliori ad devincendam fortiorum utuntur. Et quemadmodum Diabolus hominem per fœminam seduxit; ita illi rationi beneficio affectuum imponunt, certè imperant. Quæ utut sancta appareat, nihilominus ramen Monarchias ac Respubl. subjugavit, dum illius artifices incli-

clinationes utrorumque scrutantes, tantâ dexteritate easdem tratarunt, ut eisdem in manu Orationum sâpe constituerentur, adeoque Monarchia ipsa mancipium Eloquentiæ facta fuerit. Ex quo profectum est, ut Principum vanitati adulantes insolentes, & ad vindictam illos impulsuri, crudelis illos & immanes reddiderint. Usque adeò medium tenere non potuerunt & Respub. evertendo libertatem oppressere populorum. POLITICA vero feliciori fato fungi videtur: nam cum illa metum aut sarem mediantibus promisis aut minis alat, particularium tamen æquè atque publicam salutem querit. Sic sisones suppliciis subjicit, nunquam priùs discernit, quam si malum est ex-

extremum & morbus supra medicinam esse videtur. Nihilominus melius adhuc affectus illam ordinare posse, & ut non violet devotionem, quam supremo in Rep. debet, commodiū subditos sub spe futuri in officio continere, amore deinceps ac metu illorum animos implendo, faciliū eisdem occupare posse existimaverim. Ex quo intelligitur, omnes scientias mancas & imperfectas esse in regimine affectuum; solam autem moralem philosophiam implorandam esse ad insolentes juxta ac pertinaces inimicos debellandos. Hoc cū eveniat scientiis, quid cultoribus accidat, facile ex hoc colligi potest, qui in perpetua cum affectibus lucta eos eaenam admittant, quatenuis utili-

ta-

tatem ipsis aut ad minimum voluptatem pollicentur. Ex quo apparet, illorum causam nec hoc quidem orare posse, quod puerorum institutioni inservire eos tanto cum applausu audimus. Qui tantum abest, ut juventutem adjuvent, ut mores illorum potius corruptant, depravatis ad modum memoratum ipsis scientiis, quibus abutuntur ad corruptendos juvenum animos, ut cum lacte quasi pernitosos errores sub specie pietatis, quasi mixta melle venena, imbibant, discantque his Magistris violentas Principi intentare manus, Magistratum autoritatem spernere, factiones in Rep: excitare. Altius enim præcepta descendunt, quæ teneris & ceræ instar ductilibus animis imprimuntur, pueri.

erique, qui eorum informatio
tradiri sunt, aliquando adultiore
odium idem atque amorem, que
in illorum schola hauserunt, Remp.
Ecclesiamq; allaturi su
Ee certe ex quo novatores hi
pueritiam involarunt, majoru
Non familiae ab iis tutae fueru
pueria patrum conspicu, à m
trum gremio ab iis quotidiè ra
bonaque avita cum illis ad nov
dominos transferri vidimus, his reginunt, sicque inter nos
stante Petró Ærodio, litterati
mo & de Rep. meritissimo vir
apud Thuanum. Provoco ad ill
familias, quarum sanguinem p
nervali istæ hirudines exsorbu
rep

epudiare drachmā, ut Talentum
x torqueas, mirumque genus be
ginitatis, pro stipe menstruā im
iens pecuniæ legata, opimas
ue captare ac rapere hæredita
tis. Quid quod depravent recta
ingenia, dum curva corrigere vi
sentur, suosque edocent artem
hentiendi & dolos industrios, at
estante Passeratio, quem Thuan.
ib. 110. allegat. Ita juventutem,
pem posteritatis, ad suum cere
rum disponunt, & recocētis ani
misi metamorphosi salutaria cor
pumpunt studia! quam non im
antur apes, quæ mel ex floribus
ugentes venena devitant, quæ il
lent; O præclaram liberalitatē
i ex saluberrimis scientiis hauri
entes

entes in publicum effundunt! qui variâ lectione periti, ad excogitandum acutissimi, ad audendum impudentissimi, ad efficiendum acertrimi, in scelere vigilantes, in perditis rebus diligentes, Regum dignitati (solum Hispanum si excipias) infensissimi, adnrum Pontificis vitam, mores, studia dispensant ac moderantur. Unde non inscitè dixerimus, Jesuitismi ventrem quidem cæterorum ferè Regum esse, quem videlicet suis opibus explere & suffarcire coguntur; Caput verò Hispanico & Italico cerebro repletum esse, ad cuius quippe sensum reliquum corpus movetur. Cujus rei documentum ultimi motûs Galliae illustre nobis præbent, quæ cum maximis difficultatibus implicita esset,

esset, ne unicum quidem Jesuitam vidisses, qui Regis Reique publ. partes se quereretur, cùm è contratio cæteri Clericorū Ordines Regiam Reipublicæq; autoritatem, quantum quidem in iis erat, masculè tuerentur. Hispano verò hi ipsi Jesuitæ adeò adhærebant, ejusque castra sequebantur, ut factio[n]i ejus pro anima, imò pro corde fuerint, quod in corporis humani structura primum vivens & ultimum moriens jure merito audit. Nec à scopo multum aberrarunt, qui factio[n]em Jesuiticam in cæteris Regnis non alio censu habendam judicarunt, quam agilem quendam & occultum gladium, cuius lamina quidem in illorū vagina recondita sit. Ita tamen, ut capulum Romana Aula & Hispania manibus teneant, & sic eum ad nutum

vibrent. Summo enim studio anni-
tuntur Ecclesiastici Imperii autori-
tatē variè impetrā, imò multis ha-
cēdēn⁹ periculis expositā suo pristi-
no vigori restituere, eandemq; à
variis insultibus potentissimè vin-
dicare. Hinc libertati subditorum,
quā Aula Romana adeo improba-
vit, maximè insidiantur, & laxam
disciplinam perlubent eorum, qui
Inquisitionis Hispānicæ intenta-
tum jugum constanter hactenus
repulerunt. Hunc in finem tot
privilegiis gaudent, tot Bullis, tot
Indultis muniti sunt, ut non solum
agendi facultate reliquo Clero
præpolleant, sed & Episcopis Pre-
latisque graves formidabilesque
exstant. Hinc in consultationibus,
in votis nuncupandis eorum sa-
gacitas semper Hispano placuit,

cūm

cūm fidem eorum illibatam hac-
tenus perspexerit. Quod si lega-
tiones Gallicas in Hispāniā li-
mis saltem oculis intueri lubuerit,
deprehendes, nihil à Regis Galliæ
Oratoribus in Italia aut Hispāniā
tentarū, in quo non aliquem ex illa
societate voluntati Regis ac Regni
dignitati adversantem pro anta-
gonista habuerint. Consilia porro
eorū cruenta ex hoc unico depre-
hendes, cum scilicet Philippus I
sitaniae Regno jam pridem inhā-
aret, ministri hi excussis sedulò
omnibus, quę ad promovendū hoc
propositum inservire possent, me-
diis, deprehenderunt tandem,
eum Rege incolumi & nobilita-
te salvā voti sui compotem fieri
non posse, ideoque remotis inti-
mis ac fidis Sebastiano perstrafe-

-ciq

L 3

runt

166. Ut in Africam trajiceret & temerarium cum Cherifio viribus superiore præliū, in quo tot⁹ ferè Lusitania Nobilitatis flos perierit, committeret. Hoc vafrum consilium cave, ab hominibus solitudini ac agro natis tibi pollicearis. Verūm quam tu illis propterea gloriam tribuere, quam laudem inde assignare velles: Catilina, Fiscus, Tiepoli, trium nobilium factiōnum capita, uti non ex numero plebis, ita nec stupidi & agrestes fuerunt; Simplicitas rarissimē in florentem Reipubl. statum armatur: Dolis callidis, iisdemq; haud vulgaribus opus est, quando benè ordinati ac pacati status turbandi sunt, non aliter quam annosæ & altissimē radicatae arbores non nisi validis iisq; sæpe repetitis iestibus

pro-

prosternuntur. Deteguntquidem hi maligni Politici scopulos, non ut Reip; navis illos prætervehat, sed ut citatō cursu in illos illidat, naufragiumque patiatur. Num tum ihi in Machiavello illo Florentino eruditionem potius laudes, quam impietatem reprehendas, qui ut Imperia ac Regna terrestria stabiliret, non dubitavit ipsius Dei laceſſere Regnum. Religionem enim vanā populi occupationem venditat, & regulas statūs principia salutis nostræ dicit. Adeoque hi omnes eō periculosiores Regnis ac statibus extitere, quo majoribus ingenii pariter ac doctrinæ dotibus præcelluerunt, Gigantibus haud absimiles, ex quo rum lapsu ipsa Regna & Respubl. intremuerunt. Pari modo insigni

L 4

Jesu-

Jesuitarum capacitatijuxtam atq; a-
ctualitati debetur, quod amissa a
Poloniis Suecia sit, vastata Polonia,
afficta Gallia, tentata Scotia, An-
glia variis coniurationibus expo-
sita, tot Nobilium ruina ac inter-
necio festinata, Venetiæ varie e-
xercitæ, Moscovia in præsentis-
simum discrimen adacta, Unga-
ria in præcipitio constituta, Styria
oppressa, Carinthia ac Carniola
miserè vexata fuerint. Huc acce-
dit, quod maxima crimina a ma-
ximis etiam ingenio ac sagacitate
pollentibus viris patrata esse, ex-
perientia abunde testetur, quorum
dotes, quemadmodum excellen-
tes ac summae sunt; ita maximis e-
tiam imperfectionibus eadem ob-
noxiae. Nam illorum voluntas, eò
magis depravata cernitur, quod in-
telle-

tellectus eorum purior officii sui
concius est. Inde fit, ut peccata le-
via in cæteris, ab his perpetrata, in-
gentia appareant, quia hi studiö,
cæteri vero ex imbecillitate de-
linquere videntur. Præterea fa-
stos, qui plerumque comitatur
magnam capacitatem vel genium
litteratorum, ad infernum illos eò,
quod ad cœlum elevare videtur,
præcipitat. Eò enim gravius ca-
dunt, quod minus debiles se existi-
mant. Evolvamus modò Paulum,
& inspiciamus vanitates illorum
Gentiliū, quos paganismus philo-
sophos judicaverat. Angelos se
credunt, cum tamen servi uxæ car-
nis existant. Pro maximis se vendi-
tant Geniis, cum abjectissimis na-
turæ imperfectionibus succum-
bant. Quid dicam Naturæ, quæ

L 5 eru-

erubuit ad illorum immundiciem, illis nihilominus in cœno hōc gloriantibus. Non contenti fuere criminibus; monstra ipsa exclusere. Nec tam perversi extitissent, nisi ingenio subactissimō præditi, quos Deus extraordinario punivit modō, quia extraordinarie etiam deliquerant. Christiani à Gentilibus pro rudibus ac stupidis semper judicati fuerunt, quia in exercenda virtute, quam intelligenda assequendaque moralis virtutis cognitione occupatores existerent, potius timere Deum, quam ejusdem perscrutari naturam laborabant. Instruebant mundum magis moribus, quam verbis. Et breviter, maximas ideas de supernaturalibus habebant; scientiæ verō naturales atque humanæ illis pl-

nē

nē incognitæ videbantur. S. Hieronymus observavit, omnes hæreticos ferè maximi suis acuminis atque ingenii, utut malitiosissimi juxta essent. Ministri quidem illi Principis tenebrarum erant, utut multo lumine pollerent, nec dotes suas aliò destinabant, quam ut Ecclesiam in partes scinderent, & novas passim superstitiones introducerent. Omnes textus Scripturæ accuratè noverant, tantum ut verum eorum sensum corrumperent. Nomen Apostolorum assumebant, cum falsi potius Prophetæ existerent, religionē ideō reformaturi, ut corrumperent. Tandem soles erant, qui in infernum ducebant. His autoritatibus humanis ipsius veritatis autoritas adjungi potest. Annon Salvator etiam expresse dicit, filios seculi in hac excœcata

tione mundi plus prudentiae habere, quam filios luminis? Quo ipso nil aliud indigitare voluit, quam intellectum illorum plus subtilitatis habere, quam probitatis ac innocentiae, & ad malum proniores esse, quod cultioribus videlicet mentibus praediti essent. Ita non semper optimi in Rep. qui ingenio singulari ac doctrinā abstrusiori pollent; imō saepe magna eruditio multis difficultatibus ac inextricabilibus controversiis occasionem praebuit. Inquiramus saltem in ipsam Scientiam & ignorantiam; examinemus, utra virtuti propior sit, inveniemus scientiam magis in vitium, quam virtutem inclinare. Plus enim illa vanitatis, quam soliditatis habet, plus de se promittit, quam in effectu praestet.

Quod

Quod si enim omnia, quae inventa sunt, ipsasque vitæ humanae commoditates intueamur, paucas aut nullas scientiae, plurimas autē casui ac fortunæ originē debentes inventem⁹. Quenā enim quæso abstrusa illa scientia, quæ virtutes Magnetis se versūs polū suū vertentis, aut pulveris tormentarii vires ac impetuositatem divinare potuisset? Quæ postquam sponte ac fortuito se obtulerunt, scientia postea in causas ejus inquisivit. Illius præterea incertitudo magis elucescit ex contrarietate opinionum, & contradicendi studio, quod inter literatos regnat in omnibus ferè materiis, argumento infallibili, quod hi vel illi, aut, quod verisimilius, utrique decipiuntur. De cætero e-

L 7

rudi-

ruditi rerumque periti cæteris i-
 gnaris ac hebetibus ad malè agen-
 dum aptiores ac magis idonei or-
 dinariè deprehenduntur; que ca-
 pacitas primus ad pravas inclina-
 tiones gradus est, uti incapacitas
 ab iis excusat. Unde enim prove-
 niunt doli, artes captioñæ litium,
 naturales circumventiones, quas
 etiam ipsum jus civile approbat,
 & plurima mala, quam ab illis, qui
 plus sapiunt. Unde hæreses, unde
 impietas & atheismus, quam à se-
 cretoribus, & quæ se vulgo sub-
 duxerunt mentibus: quæ curiosâ
 indagatione accensæ tales conci-
 piunt fœtûs, quos in totius fidei or-
 thodoxæ detrimentum ac publi-
 cum postea excludunt scandalum,
 imò ipsorum Principum interne-
 cionem; cùm è contrario vulgus
 rude

rude ac simplex illi, quam sacer
 Codex monstrat, & solâ fide trita
 est, viæ insistat, & devitatis ratio-
 nis erroribus securior sit: eâdem
 ferè ratione, quam Jus Gentium,
 quod rudiores sequuntur, non a-
 dedò erroribus obnoxium est, quam
 Jus Civile, cui doctiores inhærent.
 Breviter, ex inductione plurium
 vitiorum apparet, litteratos ac
 multatum rerum gnarus ad super-
 biam, ambitionem magis inclina-
 re, quam cultiores, quos eruditio-
 ne suâ regere, iisque imperare
 volunt. Vel sola tandem eorum
 dissimulatio omnium periculo-
 sissima, cujus plebejus ac simplex
 animus planè incapax est, hoc ma-
 xime evincit. Turci ex tam tenui
 initio ad tantum Imperii evecti
 fastigium, quod quadringentos fe-
 ré

rè anaos potentissimè tueatur, literas ac studia ipsa è finibus suis expulerunt judicantes, eadem Imperiis plus nocuisse, quam profuisse. Cujus rei rationem si accuratiùs non nihil investigare volumus, tantùm ad ambitionem, obtrectationem & mulationemque literatorum in Republ. virom respiciendum est. Iuverit enim hic salutari quodam consiliò Remp. alter ipsius existimationi detracturus, statim in eo, quod carpat, inveniet, sive quod sibi potius sana deberi cupiat consilia, seu quod naturalis hominum ad dissentiendum facilitas eum ad id impellat. Quam facilitatem cùm multi ad diversam temperamento-rum rationem referant, quando dicunt: Melancholicum semper meti-

meticulosum, animum nunquam ad negotiationem maritimam applicitum, & semper terrestrem prælaturum esse, nunquamque au-surum: Biliosum ab igne suo incitatū operam suam tali negotio accommodaturum esse, in quo celerrimè scopum suum obtainere posse spes affulserit, ut cum ipsius vita periculo conjunctum esse, moraz nimis impatiens, viderit: Sangvineum cum hoc facturum, modò labore ac difficultate caritum, aut si aliquo voluptatis genere conditum illud videlicet fuerit: Phlegmaticum autem neutrum valde appetitum esse. Sed ego crediderim, hanc discrepantium voluntatum juxta ac inclinatio-num à vanitate & ambitione potius ingenii humani proficiendi dum

dum quilibet se æquè capacem ac ingeniosum altero existimat, libertatis præterea amantissimus, cui consensu repugnare constat, dum alterius sententia accedit. Hæc opinio, quæ homini ordinaria est, in omnibus rebus, quæ nullam demonstrationem admittunt, impellunt eum ad novum aliquid lumen indagandum, quod, ut ut exiguum sit, nihilominus tamen ab illo magis, quam alterius amator, uti ordinariè proprios infantes impensiùs amamus, quam alienos. Ex quo illæ diversæ opiniones veterum in omnibus Philosophiæ partibus proveniunt, & cæteris quoq; scientiis, ut ipsam Theologiam etiam non excludamus. In qua videmus, Scotum contradicere S. Thomæ; in Medicina Paracel-

racelsum contrariari Galeno; in Mathematicis Copernicum adversari Ptolemæo; in Philosophia Scholastica Raimundum Lullum & Ramum Aristoteli; in Jure Cassium Labeoni, Sabinianos Proculianis &c. Adeoq; cum illæ res, quæ nobis propinquæ sunt, grandiores nobis appareant, nullam autem rem propiorem nobis habeamus, quam nos ipsos, intuitu illorum, quæ in aliis consideramus, non mirandum fortè magnopere est, si in proprium favorem judicium nostrum potius inclinet, quam in alienum: eoque periculosius, quoniam ipsum est liberius, cum correctionem vix admittere videatur ad exemplum Judicij sensuum per judicium intellectus. Dissensu igitur ac φιλαντίᾳ nos exercente, quis non

non videt, si præsumtio eruditio-
nis ac diuturni studii merita, quæ
indefinenter nobis metipsis blan-
diuntur, accesserint, salutem pu-
blicam sæpiissime in præsentissi-
mum adduci discrimen, effluente
inter moras superciliosorum inge-
niorum rei bene gerendæ occa-
sione. Inspice Helvetios, qui perpe-
tuâ fruuntur quiete, & quorum ra-
rissimè regiones factionibus ac in-
testinis motibus ardent, simplici
eorum regimine pacem ac tran-
quillitatem provinciarum stabili-
ente. Unde liquet, illas non semper
pacatissimas esse Provincias,
quibus magna præsident ingenia,
eâdem ratione, ut res controversæ
litesq; forenses ab insignibus Ad-
vocatis non semper feliciter termi-
nantur, cùm experientia compro-
ba-

batum sit, intricatissimam sæpe li-
tem interventu boni viri aut duorū
Commissariorum felicius sopitam
atq; compositam esse, quâm si am-
plissimo processu per apices Juris
trutinata fuerit. Nec infrequens
est, in foro exercitos parturire
potius lites, quâm placare. Sæ-
pe Coquorum curiositas, dum
quæsitè nimis cibos condire sata-
gunt, naturalem illorum gratiam
ac saporem corrupit. Pyramis quò
altius ascenderit, eò magis decre-
scit, ac subtilis redditur, & levi po-
stea agitata ventô frangitur. Ita
consilia nimis subtiliter excogi-
tata pro temporum & casuum ra-
tione, quæ simpliciter & levi bra-
chio tractari debebant, vim ac ef-
fectum perdentes in nihilum re-
cidunt. Ex quibus omnibus cum
facil-

facilimè liqueat, planè nihil ab hac Societate, quæ in Hispania nata, Lutetia adulta, Venetiis exercitata, Romæ initio exagitata, postremo recepta, in Regna atque Resp. redundare; è contrario verò illius astu, dolis, superstitione & aliis malis artibus publicam tranquillitatem, imò universum orbem Christianum periclitari, quid cessant Principes unâ mole obruiere incendium, gravanturve justo ferrò hanc rabem pestilentissimâ contagione serpentem excindere, cùm ex tot exemplis suprà allegatis appareat, Sectam hanc publicis invalecere malis, interque clades ac motus saginari, & ex culmine, quod Reges iis considerunt, in eosdem certare. Seditionis enim consiliis insurgentes

tes

tes in Reges ac Principes, quis servendos diutius arbitretur, nec vi premendam vesaniam superbè furientum existimet? Pia ac omni laude digna in illos Severitas. Totis viribus nitendum, ne publica patrimonia Regum tam indignè tractent, eoque celerius eorum vindicanda facinora sunt, quò serociùs in cunctantes grassari, patientiamque pro imbecillitate contemtim accipere consueverunt. Et cum factiosorum horum vitia, quæ suppressore hactenus laborarunt, personâ detractâ satis conspicua sint, sisto calatum & Judicij rationem habens in judicio, quod ceu quinta essentia ab omni materia purgatissimum esse debet, hoc voto, modo ullius voti capaces adhuc videri possunt, finio: Ut per-

ver-

versarum harum mentium mala;
Ira, Invidia, pravæ concupiscentia,
Ambitus, perfidia & omnes prodigi-
toriae artes, quibus Publico peri-
culosissime hactenùs incubuerunt
in rigido & sancto, quod præ se fe-
runt, vitæ genere, tanquam desti-
tuta alimentis incendia expirent,
& animos vitiorum jugo excusso
sibi restituatur, pravæ cupiditates
ac nil quam Imperium spirantes,
priusquam aliquid decernant, con-
sulant rationem ac conscientiam,
& hoc pacto, qui infensissimi sibi
ipsi sunt hostes, reciso correcto-
que effrenis cupiditatis ac ambi-
tionis impetu, ad sanam & sibi con-
stantem virtutem adigantur!



372966

1948

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА